



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivsta Reipvb. Christianæ In Reges Impios Et
Haereticos Avthoritate: Iustissimaque Catholicorum ad
Henricum Nauarræum & quemcunque hæreticum à regno
Galliæ repellendum confœderatione ; Liber**

Rainolds, William

Antverpiae, 1592

Capvt IX. Contra regem hæreticum, rectè piéque non modo à regibus
Christianis, sed etiam à suis ipsius subditis bellum potest suscipi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63183](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63183)



Contra regem hæreticum rectè pièque
non modò à regibus Christianis, sed eti-
am à suis ipsius subditis bellum
potest suscipi.

CAPVT IX.

- 1 Ex eo quòd hæreticus iusta in Catholicos authoritate caret, sequitur bellum contra eum iuste geri posse: idque multò sit gloriosius, quam si susciperetur pro quacùque terrena causa vel commodo.
- 2 Ita semper iudicarunt Christiani reges, vt Clodouus primus Gallorum rex Christianus, eiusque filius Childebertus: quorum ille Alaricum patrem, hic Amalaricum filium, Arianos Hispania reges propter hæresim inuasit & occidit.
- 3 Eandem ob causam iustinianus & Heraclius Imperatores, ille Vandalos reges Africa, hic Persarù regem aggressus est: & vterque hostem ipsis longe potentiorẽ, inopinato & mirabiliter diuina imprimis ope subiugauit.
- 4 Maxime autem Francorum reges ob religionem præliari sunt soliti, vt Carolus Martellus contra Saracenos eodem prorsus animo modoque quo Caluinista, Gasconiam, Guiennam & Languedocam spoliantes, & templa diripientes, quos felicissime fudit & superauit. Martelli filius Pipinus propter religionem & Rom. Ecclesie defensionem pugnauit contra Longobardos. Eiusque nepos Carolus Magnus contra eosdem in Italia, & Saxones in Germania, & Saracenos in Hispania, pro fide Catholica fortiter & feliciter dimicauit: qui item summa cum religione se & suos ad prælium præparare est solitus. Denique fidei Catholica defensionem esse causam belli iustissimã, ex ipsa regis Christiani institutione patet.

5. Virtum

5 Vtrum verò reges hæretici à suis subditis bello possint impugnari, nonnulli dubitant. & Calumistæ noui nuper proximo quinquennio, contra veterum Calumistarum doctrinam nefas esse aiunt, quorum stultissima rationes breuiter refellantur.

6 Hæresis regem è rege priuatum facit, qui si deinceps regalem locum tenere voluerit, vt à subditis depelli potest & debet. Id quod primitiua Ecclesia doctrina fideque ex scripturis deducta, ipsaque regis ordinatione ostenditur: qui vt primùm desinit obedire Ecclesie, eo ipso desinit erga eum obedientia subditorum Christianorum, que in priori regis obedientia Christo & Ecclesie exhibenda fundatur.

7 Cuius rei exemplum præbuerunt Germani in Henrico III. Imperatore.

8 Sic item Machabei contra Antiochum legitimum alioqui Iudææ regem gloriose multa prælia gesserunt propter religionem, regemque eum à Iudææ possessione depulerunt, & regnum illud vt iuste partum ipsi occupauerunt.

9 Alij quoque antiquiores Hæbrei ob eandem causam armis sumptis, iuste Deoque ipso probante, opposuerunt se suis regibus.

10 Quas veterum Hæbreorum historias, antiqui Ecclesie primitiua patres accommodant ad Christianos eadem contra reges suos hæreticos præliandi alacritate accendendos: quos decet animo nequaquam frangi, etiamsi habeant aliquando aduersos præliorum euentus, quum flagitiosissimi tyranni aliquando ad tempus, viris bonis & pro æquissima causa pugnantibus euadant superiores.

11 Antiquitus Catholici Greci, laici, sacerdotes, monachique viri sanctissimi, vi resistunt Basilisco & Anastasio Imperatoribus hæreticis, & contra eos in armis se ad mortem vsque perseveraturos denuntiant: Ducesque Imperatoris Anastasij, vi à schismate in Ecclesiam inducendo cohibent.

12 Eadem

12 Eadem fuit fides Ecclesia Latina, ut patet ex rebus gestis Germanorum contra Othonem 4. & Gallorum contra Ludovicum Iuniorum, quem regni proceres propter unum factum sacrilegum deponere voluissent, nisi D. Bernardus apud eos pro rege penitente intercessisset.

13 Deus, hoc ius subditis omnibus statuit in ipsa prima regni Habreorum institutione, ut subditi possint a regibus haereticis desicere, & regna ipsorum inuadere, sibi que & posteris suis occupare.

14 Eadem fuit generalis Calvinistarum fides & praxis, ab exortu Euangelismi sui usque ad mortem Ducis Alenconij anno 1584. quorum vera doctrina ea de re explicatur & in certa capita redigitur.

15 Protestantium foeda debacchatio contra veteres clarissimos Francorum reges excitare debet Catholicos Francos ut eorum tueantur honorem, & nullam unquam pacem faciant cum Nauarreo, contra quem longe iustiores habent bellandi occasiones, quam vlli unquam reges aut subditi cum quocunque suo hoste infestissimo.



VVM igitur adeo clarum & manifestum sit haereticos omni potestate in Christianos carere, cum ea sit fueritque Christianorum hominum in omnibus temporibus & regionibus fides, haeretico Imperatori non esse parandum; cum hoc euincat omnium Christianorum regnorum forma & institutio, quae ad ciuilem pacem, & honestatem, & potissimum ad aeternam corporis animaeque felicitatem fide Christiana consequendam dirigitur, quae bona haereticus ipsa haereticis professione naturaliter & necessario Christianis eripit, eosque ad seditiones, ad vitia, ad aeternam animae corporisque damnationem directe impellit & praecipites agit; quum haereticus rex legitimus non sit, nec esse possit, imo

imò fere sit tyrannus, & tyrannorum nequissimorum sceleratissimus; ecqua inter Christianos controuersia esse poterit vtrum contra talem tyrannum bellum possit iuste suscipi? Num episcopi te-
 neantur suæ fidei commissos instruere, vt à commer-
 cio regis hæretici abstinéant, vt ei nec in bello nec
 in pace opitulentur, vt omnes ignari & idiotæ ra-
 tiocinari discant, *Talus vir hæreticus est, Ergo in nos* Supra fol. 279. 380.
qui Catholici sumus, potestatem non potest habere, & non
 tenentur proceres, tuos famulos instruere, vt tali
 hæretico non iam regi quia regni ius non habet,
 sed tyranno vel latroni dominatû iniuste arripienti
 resistent? vt armis contra eum se muniant, eumque
 si vim intentare voluerit, vi quoque & armata ma-
 nu repellant? Num docet Spiritus sanctus *hæretici*
odium pro magno sacrificio offerendum esse Deo, ab eoque Ibidem.
 tanquam à cancro cauendum, & tamen nefas erit
 eidem cancro nos corrumpere molienti resistere, &
 eius impetum ferto à nobis propulsare, qui iube-
 mur etiam carnem nostram rescindere, si tali cancro Mat. 5. 30.
 fuerit infecta? Certè quum & principibus contra
 principes multæ, & subditis contra principes ali-
 que sint iustæ belli gerendi causæ; tum neque sub-
 ditis neque principibus vlla suppetit iustior & lau-
 dabilior, quam vbi ad vindicandam religionem &
 profligandas hæreses, vel principes principibus, vel
 subditi regibus, Catholici i hæreticis bella indicunt.
 Quid enim? An ad recuperandum ab Anglis Ca-
 litum, aut à Germanis exiguum Burgundiæ agrum, Bellum pro fide contra hæreticos est omnium iustissimum.
 vel ab Hispanis Sanquintinum aut Sandefirium,
 iustum erat Francisci primi & Henrici secundi bel-
 lum? Num ad depellendos ex guienna Saracenos
 & Arabes cum Carolo Martello principe tota Gal-
 lia sese iunxit, & propter ea bella regnum Galliæ
 posteris eius, auctoritate reip. Gallicanæ & ecclesiæ
 Catholicæ

Catholicæ adiudicatum est; & ad exterminandos ex Gallia Calvinistas bellum non erit æquè gloriosum? Aut si fortasse apud homines æquale præmiū eius belli authoribus non potest rependi, saltem Ecclesia Christi ipseque Christus an non talem zelū & fortitudinem æternis in cælo terræque præmiis remunerabit? Falli mur nimirum, fallimur, & animis crassa ignorantia occæcati in tenebris pluresque Cimmerijs iacemus, longèque sumus Christiano nomine indignissimi, si pauca terræ iugera, si seminata castella & oppida, si queuis pulcherrima provincia siue Cisalpina siue Transalpina, acriores quàm religio, & fides, & Ecclesia Christi nobis iniecti belli gerendi aculeos. Et quidem si causam belli gerendi quaerimus, nulla est sub cælo gratior & ponderosior. Si auctoritatem belli faciēdi, nulla potest esse auctoritas maior & augustior, quando omnes Christiani reges & Imperatores, tota Christi Ecclesia, vniuersa scriptura, ipse Deus, bellum hoc iulit, imò sanctum esse pronuntiat. Si præmiū belli attendimus, nec ea sanè nulla sunt, si rectè Christiana instituta consideramus; & Christus longè vberior in cælo promittit, si pro eius gloria vitam nostram periclitamur. Et quanquam de nullo militum genere tam diuinè existimem, quàm ille Græcus Imperator Nicephorus Phocas, qui quantum in se fuit, decreto sanxit milites quosuis in bello interfectos pariterque martyribus honore colendos, & similibus hymnis ac veneratione celebrandos: tamen hoc genus militum qui propter diuini nominis gloriam, & vt labefactant ab hæreticis fidem Catholicam instaurent, magno animo ad bellum vadūt, in eaque vitam suam profundunt, hos ego ad martyres quàm proximè accedere iudico, iisque amplissimam in cælo mercedem paratam sine vlla controuersia agnosco.

Supra fol.
556.

Zonaras
tom. 3. in
Niceph.
Phocas.

2.

Et quidem quin principibus Christianis pro religione Catholica contra hereticos, vel etiam Paganos fidei Catholicae persecutores, arma sumere multo iustius & gloriosius sit, quam pro quacunque iniuria vel sibi priuatim vel reipub. generatim illata, nunquam ambigerimus, si maiorum nostrorum adentem zelum in hoc genere recordaremur: quorum heroica facta vel per se satis efficacia sunt ad hanc non dubiam veritatem Christianis principibus suadendam, eorumque excitandos spiritus, ut magna alacritate ad hæc potissimum Christianorum & sanctorum bellorum genera procurrant. Alaricus Hispaniæ rex regali iure abauis & atauis ducto Hispanis imperabat, quorum regnum eo tempore maximam Galliarum Aquitanicam partem includebat. Neque de iure regnandi aliqua intercedebat inter ipsum & Clodouæum primum Gallorum regem disceptatio. Tantum quod Arianus esset, ideoque ius nullum in Christianos haberet, idque tum inter Christianos erat axioma certissimum, Clodouæus eum bello lacessit, & hanc iustam regni eius inuadendi causa esse minime dubitauit, etiam si nec à Concilio aliquo episcoporum, nec à Pontifice Rom. particulare aliquod anathema Alarico fuisset dictum. Et quibus verbis Christianissimus ille rex Christianos milites suos ad bellum fortiter gerendum animat: Eiusmodi, quibus demonstrat causam religionis causam esse belli gerendi alia quam laudabiliorem. *Valde (inquit) moleste fero, quod hi Arianam partem tenent Galliarum. Eamus milites cum Dei adiutorio, usque superatis redigamus terram in ditionem nostram. Hoc solum vos nosse cupio, nobis aduersus immanissimos hostes non pro coniugibus aut libris, non etiam pro acquirendis diuitiis certam esse, sed potius pro inseparabili S. Trinitatis unitate, quam illi nefandissimo diuidunt errore.*

Gasconia & Aquitania inuero religionis occupata à Gallis.

Gregor. Turonens. hist. Franc. lib. 2. cap. 37. Anonymus de gestis Franc. li. 1. ca. 20. Quæ sit belli causa iustissima.

errore. Festinemus igitur ad praelium, & diuina protectione confisi hostiles phalanges aggrediamur intrepide. Hoc animo & fide Clodouæus hostes aggressus, regem Alaricum interfecit, thesauros eius Tolosæ repositos occupauit, ipsamque Tolosam multasque ciuitates & prouincias Arianorum, suo imperio adiecit, & dum hanc ob fidei causam preliatur, ipse Deus multis in periculis opem ei suam mirabiliter præstitit. Neque verò alij Christiani principes bellum hoc quasi iniustum, & ex ambitione & augendi imperij cupiditate natum criminati sunt: sed contra Christianorum Imperator Anastasius missus Constanti-nopoli magnæ dignitatis legatis, Clodouæum propterea miris laudibus extulit, quòd *defenderit Christianum nomen, ac potius orbem terrarum à Gothorum furore, quòd sua vnus manu Dei hominumque hostem occiderit, vt propterea eam generis humani patri em Deum religio sua effecerint.* Hæc aliaque eiusmodi elocuti Legati coronam auream gemmis & margaritis distinctam, ab Augusto quidem datam, sed cum orbis terrarum approbatione tradunt, quam postea Clodouæus Romam ad templum Lateranensem misit. Quo vno exemplo videmus bella iustissimè regibus hæreticis, & Christiani Imperatoris, & orbis quoque terrarum, omnium videlicet principum, & sacerdotum, & Christianorū hominum approbatione inferri. Filius quoque & hæres Clodouæi Childebertus parerna prorsus virtute & indole præditus, cum intelligeret sororem suam ab Amalarico Alarici filio & hærese indignis modis habitam eo quòd Ariana fieri nollet, sed in Catholica fide constanter persisteret: non tam quòd Franca esset, & soror, vnde iniuria ad ipsum solum & nationem Francorū, sed quòd Catholica esset & Christiana, vnde in Christum eiusque Ecclesiam contumelia redundabat; cum valido Francorum exercitu

Paul. E.
mil. li. x. in
Clodouæo
rege s.
M. du Hail
lain li. i. in
rege s. an.
507.

Greg. Tur.
lib. 2. ca. 8.
Aimon. li.
3 ca. 20.

Greg. Tur.
li. 3. ca. 9.
Ioan. Vase
in Chron.
Hispan. an.
330.

Hispa-

Hispanias ingressus, Amalàricum cum exercitu occurrentem prosligavit & occidit, Tolerumque & præcipuas Hispaniæ vrbes cepit, & ablata sorore, cum maxima præda victor domum est reuersus.

3. Quod si ex Europa in Africam Asiãue transeratus, omnibus temporibus hæc bella pro fide suscepta, bonis Imperatoribus fuisse commendatissima perspicimus. Vandali centum ferè annis Africa possessionem tenuerunt, & ab auis ad nepotes per Genfericum, Hunericum, Gundimundum, Trasimundum, Hildericum, Gilimerem, decurrens successio, approbantibus Romanis Imperatoribus, legitima quoad ciuilem regnandi consuetudinem facta est. Neque hoc ius ignorauit Iustinianus, patet iuris, & omnium Roman. Imperatorum æquissimus iurisque consultissimus. Et tamen quoniam idem Vandali Ariani erant, & crudeliter opprimebant Catholicos, Iustinianus qui & ex iure ciuili sciebat hæreticos Christianis minus quam Iudæos dominari posse, & ex religione fideque Christiana idem ipsum, intelligebat, & ex utroque didicerat illa bella esse sanctissima, non quæ pro imperio dilatando, sed quæ pro extirpandis hæresibus & instauranda fide Catholica geruntur; bellum Vandalis intulit, cum illud orsurus edixisset, *ne Pagani vel heretici in exercitu suo militarent*: & per Bellisarium ducem, Vandalorum regi in bello cepit, & argentea catena vinctum Constantinopolim duxit. Atque ita Vandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est. Quod difficile (vt videbatur) bellum contra gentem eam aliàs potentissimam, tam breui spatio confectum est, subiugata intra tres menses Africa tota, vt Iustinianus valde extraordinariam in eo Dei opem sibi affuisse prædicet, idque eam potissimum ob causam, quia non Imperij sed

3.

*Naucletus
Generatio.
16. 17. 18.*

*Iustinianus
bellum pro
fide contra
Vandalos.*

Naucletus

*Iustinianus
mirabilis
victoria.*

Os Ecclia

Cod. lib. 1. tit. 26. de officio praefecti Praetoris. Africa. Ecclesiae fideique iniuriam armis vindicanda suscepit. Quas (inquit ille) gratias, aut quas laudes Domino nostro Christo Iesu exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere nec lingua proferre. Multas quidem antea a Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eiusdem beneficia profitemur: praeter omnibus tamen hoc quod nunc omnipotens Deus per nos pro sua laude & nomine demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera quae in saeculo contigerunt, ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, ante 95. annos a Vandala captiuata: qui animarum propter haeresim, & simul corporum propter crudelitatem fuerunt hostes: ipsas quoque Dei sacrosanctas Ecclesias suis perfidis maculabant, aliquas vero ex eis stabala fecerunt &c.

Heraclij bellum pro fide contra Persas.

Heraclius quoque Imperator cum aduersus Chosroem & Persas crudelissimos Romani Imperij hostes exercitum vellet educere, quemadmodum & quibus argumentis Romanos milites ad praedium alacriter ineundum excitauit? Iisdem profus quibus nunc Catholici, qui necdum magnitudinem periculi quod eorum capitibus a Nauarrisis imminet sentiunt, ad bella cum eis quam acerrime gerenda expergefaciendi sunt Videte (inquit Heraclius) fratres & filij, quod inimici Dei conculcarunt religionem nostram. Altaria concremarunt, mensas inuentorum sacrificiorum sanguinibus & homicidijs oppleuerunt, & Ecclesias quae flagitia non admittunt, flagitiosissimis conspargarunt voluptatibus. Amorem igitur Dei in mentem sumamus, & vindicemus corruptiones virginum. Stemus fortiter aduersus hostes impijs telis armatos. Induamus fidem, nec formidemus interemptionem & interemptricem gentem, & vitae perennis praemia in caelis habituri sumus, Dominusque Deus cooperabitur nobis, & perdet inimicos nostros. Huiusmodi argumentis Romanos milites ad bellum inflammauit, altaria euersa quam incensas ciuium domos,

Pavlus Diaconus rerum Romanarum lib. 18.

domos, concremāta templa quā̄ oppida, corrup-
tiones virginū̄ quā̄ spoliationes agrorum, re-
gionem Christi & gloriam Dei quā̄ honorem
Imperij Romani, iustiore esse causā̄, & acriores
peliandi aculeos in mentibus Christianorum mi-
ritum relinquere arbitratu. Hacque fide & spiritu
dam pugnat, & de Christi gloria magis quā̄ sua
recuperandā̄ sollicitus est, breui, formidabile paulò
antē̄ Romā̄nis Persarum regnum & regem ita af-
flixit, Deo planē̄ mirabiliter supra omnem spem,
militū̄ suorū̄ conatus fortunante, vt fortasse nun-
quam tantulo temporis spatio in orbe terrarum fa-
cta sit tam insignis rerum mutatio, nec sine magna
causa Ecclesia eam historiam annuatim solenni
memoria honorandam censuerit. Chosroe enim
qui modò̄ maximē̄ contempta Romani Imperij
maiestate, in omnes eius prouincias sibi vicinas
milites suos prædatum emiserat, qui directa vrbe
Hierosolymorum captoque illic episcopo Zacha-
ria & abductis in captiuitatem multis Christiano-
rum millibus, Crucem Christi tanquam amplissi-
mum victoriae suae trophæum in Persiam amanda-
uerat; nec hi contentus, ducem suum Saitem to-
tam Asiam minorem inuadere, Byzantium ipsum
adoriri, omnia diripere, nec quicquam integrum
Heraclio relinquere iusserat; qui dux Asiam ro-
tam effase populatus, peruenit ad ipsum vsque Byzan-
tium, copias superbas & insolentes secum ducem de quauis
natione bellicosa collectas, de Medis, Chaldeis, Assirijs,
Persis, Bactrianis, Parthis, qui omnes galeis utebantur au-
reis, eleganter instructi, pharetris muniti, quos aureæ pha-
læra contegebant: qui dux Heraclium coëgit ad quas
volebat pacis & subiectionis condiciones, & inter
alia ad septuaginta obsides ex optimatum numero tra-
hendos: cum quibus tamen in Persiam reuersum

*Septembri
14.*

*Insolentia
regis Per-
sarum.*

*Constantin
Manasses
in annali-
bus pa. p. 8.*



*Glycas in
annualibus
parte 4.
pag. 3 & 5.*

*Zonaras
Tom. 3. in
Heraclio.*

*V. Forze
Romanensium*

ita iracundè accepit Chosroë, vt coniectis in vincula obsidibus, ipsi etiam Saiti post alia tormenta coniecti detrabi iusserit, quod inter alios ipsum quoque Heraclium Constantinopoli non adduxisset: moxque nouis in Romanas prouincias emissis exercitibus Christianum Imperatorem in eas angustias redegit, vt superius per legatos iterum atque iterum pacem expetenti, orans vt tandem aliquando interitu hominum satiatu bellis finem imponat, annuâque tributa ab eo fideliter persoluenda accipiat, ad quæ Persa superbè contumeliosèque respondit, se nunquam parsurum Christianis, nisi Crucifixum inficiarentur, & Solem (maximum Persarum Deum) adorarent: hic vir qui ita insultabat, ita triumphabat, ita gloriabatur, ita iam spe sua totum Romanorum Imperium vnâ cum Imperatore & Imperatoria vrbe Constantinopoli deuorauerat, vt nullis vel maxime submissionis conditionibus placari potuerit: is paucis post diebus ita fractus est, vt nescio an vspiâ in historijs occurrat incertæ rerum humanarum vicissitudinis documentum illustrius: nusquam certè legitur diuinæ prouidentie cœlesti ope suos adiuuantis exemplum singularius. Heraclius enim ea qua dixi fide & pietate armatus contra Chosroem progressus, post memorabiles vbique persarum strages editas, post tres Chosrois exercitus, totidemque duces clarissimos mira celeritate nec opinata felicitate tribus in locis fractos, cœlis ex vno exercitu triginta millibus; demceps in interiora Persidis penetrans, multoque dolorum lucos cum suis idolis euertens, ipsum Chosroem turpi fuga in Ctisiphontem compulsum, eaque miserias toti regno importauit, vt Chosrois consanguinei, Persarum optimates, amici regis, cepturum duces vniuersi, ipseque in primis filius primo genitum Syroë contra regem & patrem arma cepit, quem

comprehensum in turrim altissimam incluserunt, ubi paulò post interfectus est. Illi autem deinceps pacem ab Hæraclio ita impetrarunt, vt Zachariam episcopum & omnes Imperij Romani captiuos, & ipsam imprimis Crucem Domini cum maximarum rerum & prouinciarum additione libentissimè restituerint. Nam cum antea Bizantinus ager à Persarum iniurijs tutus non esset, & Heraclius pro ipsa ciuitate regia annuum vectigal pendere non detrectaret, iam Tigris fluuius Romani ac Persici Imperij limes designatus est, tota Mesopotamia Persis auulsa Romanoque Imperio adiuncta: vt Romani nullo vnquam tempore vltius in Orientem ditionis suæ terminos extenderint. Atque hoc modo exercitus Romanus victor, laureatus, magna letitia & ingenti pompa Constantinopolim rediit & vnà Heraclius aureo inuectus curru, non lauream manu sed lignum Crucis tenens, vt qui non viribus suis sed crucifixi, Saluatoris cœlesti auxilio se victoriam assecutum prædicabit. Quo vno exemplo perspicuè intelligimus, nihil esse Christiano principi honorificentius, quàm pro fide Christi bellum gerere: Christumque potenti & admirandâ ope sua supra hominum meritum & expectationem, talium præliorum euentus prosequi.

Naucerus Generatio.

4.

4. Caterùm quoniam hic est immensus expatiandi campus, omnesque celebriores Christianorum respub. frequentissimis & valde egregijs istiusmodi bellorum triumphis sunt illustratæ, Francorum Catholicos principes & populum, in solos suos maiores, & veterem Francorum reipub. gloriam velim intueri. Hæc autem post primum Clodouæum quando erat victorijs suis tota orbe celebratissima? Quando erat propter rerum gestarum admirabilitatē & Orienti & Occidēti formidabilis?

Bella Francorum pro fide contra Saracenos.

00 3. Quant.

Quando erat Francorum imperium & in Italia, & in Dalmatia, & in Germania, & in Hispania quousque amplissimum? Sub Carolo Martello, sub Pipino Breui, sub Carolo Magno. Est enim prima progenies regia Morouei clara fuit sedibus in Gallia parisi religioque geni tradita, & bellis per trecentos amplius annos foris gestis, tamen sub secunda Caroli Martelli imperio multo maior erat & rerum gloria, & regum nobilitas, sanctius culta propagataque religio, quae etiam rebus bello vel pace gestis maiorem gloriam adiecit. Ea quænam erant Francorum ea ætate prælia, & contra quos suscepta? Non contra Christianos pro imperio, pro territorijs, sed contra Saracenos Mahometanos, contra Longobardos hæreticos, contra Saxonas Apostatas pro fide & religione. Considerant in Aquitania acciti, ab Eudone Saraceni domitores Orientis, Africæ Domini Hispaniarum victores, qui se singulos cum demum Francis pugnatos iactabant, pro vno Franco decem Saraceni in aciem processuri erant, numero ad quadringenta millia, cum rege Abdirama. Emisique Vasconiam, postquam Burdegalam diruti templis spoliassent, Engalsimensium, Sanctonum, Pictonumque regionem vberissimam, & (quæ erat incolentium sanctitatis) templis auro exculis & refertis ditissimam euastabant. Sacrilæga cupiditate ades sacras spoliare, odio religionis curtere. Ecquis qui his ipsis in locis recentia Hugonotarum facinora recordatur, inter illos veteres & hos novos Saracenos aliquid reperiat discriminis? Contra illos, Francorum exercitum non magnum ducit Carolus Martellus. Sed quo argumeto ipse victoriæ cõcipit? quibus stimulis Fracos cõtra Saracenos incitat? Audiatur genuini Francorũ liberi, audiat veterũ Fracorũ germana soboles. Et si eandẽ sibi ad se causam perspiciat cõtra Hugonotas, tũ demũ Carolũ Martellũ hac oratione nõ tã veteres quã hodiernos

Paul. A.
mil. lib. 2.
fol. 72.

Paul. A.
mil. lib. 2.
in rege 20.
fol. 58.

Hugonota
& Saraceni
quã
similes.

diernos Francos hortantē interpretentur. *Letor (in- Ibi fol. 59,*
 quit) milites incidisse tēpus quo patriā tutando orbis terra-
 rum defensores & numinis vindices à genere humano vo-
 citari possimus. Ea quidem de causa certè lætari pote-
 rant veteres Franci, nec minus iustè lætari pote-
 rant qui viuūt veterū Francorum hodierno die po-
 steri. Cū enim Hugonotæ si Caluinismum suū in
 Gallia stabilire possint, eūdē sine quæstione per Eu-
 ropā sint diffusi, eaq; ah his facillè legia cōmissuri que
 quotidie in Gallia regionibus patrant, quicunq; in
 Gallia Catholici ad hæc impediēda æternū cum il-
 lis bellū suscipiūt, ij & patriam suam tutantur, & Eu-
 ropæ defensores & numinis vindices ab omnibus Chri-
 stianis iure optimo vocari debēt. Isti Saraceni (inquit
 Carolus Martellus) ab Asturibus Cantabrisque pulsi, in
 nos ferūtur, tanquā Asturibus Cantabrisque virtute bellica
 religioneque cedamus, & certiores tutioresque sedes inter
 nos quā apud illos habituri sint: cæci cupiditate præda, la-
 cinys non iusto bello victivantes. Non enim quod ingenti nu-
 mero vagentur, ducesque, & castra & signa habeant, idcir-
 co minus prædones. Nam quæ illis causa belli nisi vt templa
 diripiant, humanum genus deleant? Ita prorsus hodie
 Caluinismus vt olim Saracenis Hispanorū pie-
 tate & fortitudine depulsus ex Hispania, per suos
 Hugonotas, Admirales, Nauarræos & Condæos
 certiozem & tutiozem in Gallia sedem querit: tanquam
 Galli Hispanis vel religione virtute bellica cadant. Ha-
 ctenus certè nunquam concesserunt, neque in re-
 centibus contra Hugonotas prælijs quicquam à
 veterum Francorum generosa indole abfuerunt,
 nisi quod quum illis in vincendo essent pares, in
 victoria vtendo sese præbuerunt inferiores; &
 fraudulentis captiosisque fœderibus perdiderunt,
 quicquid clarissimis victorijs sunt adepti. Quod
 si Saraceni illi quanquam sub magno rege agentes,

*Veterum
Gallorum
Virtutibus
tanta po-
stera
M. du
Haslan. li.
2. Roy 202
anno 736.*

nihil tamen erant quam prædones, quia nec iustitiam belli habebant causam, & templis diripiendis sacrilegè intendebant: Hugonotæ quidni sceleratissimi prædones cum suo regulo haberi debent, qui iureiurando quod suo regi dederant rupto nulla templorum per Galliam diripuerunt, & ad delendam nationem Gallicam, nouamque aliande loco induendam, à suis ministris persuasi totis viribus incubuerunt? Verùm quod Francos omnes

*Singulari
prærogati-
ua populi
Gallicani
æquod fide.
Maillan ubi
supra.*

maxima & spe & alacritate in istiusmodi sanctis prælijs complere debet, illud est quod in Caroli cõ- cione sequitur: *Tantum (inquit ille) pleni humana di- uinâque spe in certamen procedite, memores patriæ, quæ etiam antequam Christiana efficeretur, nunquã Christiani nominis hostis extitit: quod nescio in ulli alijs genti vsu vene- rit: & semel veram pietatem professa, nullum heresis mon- strum genuit, semper acerrima religionis propugnatrix ex- itit: & quæ primæ omnium pro religione, non votis tantum sanctitatæque, sed armis, exercitu, periculoque capitis, cum hostibus Christi signa contulit, & Arianorum potentissimam*

Clodoueu. ac ferocissimum regem in acie occidit, exemplumque pietatis virtute tuendæ mortalibus princeps præbuit: ut quisquẽ deinde sanctæ amulationis apud exteras gentes extitit. Illud omne solis Franciis acceptum ferri conueniat. Hæc est vera & solida Francorum gloria, pro qua retinendâ, magis quam pro vita, quam pro vxoribus & liberis, quam pro ipsa patria decertandum est. Si enim Francia antequam Christiana efficeretur, nunquam Catholice religionis extitit hostis, quam erit illud ætè- num Gallis dedecus, si iam plusquam mille annos Christiana effecta, Catholicam religionem destruat, quam ne tum quidem quum Pagana esset, fuit! Si primæ omnium nationum pro religione defendendæ signa cū hostibus contulit, eiusque semper acerrima propugnatrix extitit, quam turpis futura est ea Francorum perit-

reuerfio, fi iam hoftibus Ecclefiae vexilla fua tra-
 hant, & non cum veris & antiquis Francogallis reli-
 gionem acerrimè propugnent, fed cum iftis nouis
 Gallogræcis eandem maiorum religionem impu-
 llime conuellant & diffipent! Si Francia nullum ha-
 beret *monftrum hærefis* genuit, quantopere laboran-
 tum eſt ne nunc procreando, & nutriendo, & con-
 firmando fœdiſſimo illo monſtro & prodigio hære-
 ſis Caluinianæ (cui centum Carolinæ ætatis hære-
 ſes pares non ſunt) in omnem poſteritatem atque
 æleo æternitatem infametur? Si illi Franci tantum
 gloriæ ſibi duxerunt quod *potentiſſimum & ferociſ-
 ſimum regem Arianum* in acie iugularunt, quanta erit
 illis ignominia ſi impotentem & imbellem regulū
 Caluinianum in pace bellove reformident! Quan-
 to maior turpitudine futura eſt ſi mancipiorum in-
 ſtar eidem ſe in ſeruitutem viliffimam addicant!
 Denique ſi *quicquid erat ſanctæ emulationis in alijs gē-
 ritibus*, id à Francis hauſtum eſt; nimium inſignis erit
 Francico nomini labeſ atque macula, ſi iam disci-
 puli ſuis magiſtris, ſi tyrones veteranis militibus, ſi
 Hiſpani Francis in zelo religionis tuendæ antee-
 dant. Quod ſi diligenter extremum illud cogitare
 velint quo cōcionem ſuam Carolus ille concludit,
*ſe cum turba colluioneque latronum & ſacrilegiorū pu-
 gnate, ſe meminiffe velint, quibus parentibus & in quā
 nationum aliarum de iis ſpem orti ſint, & quam terra
 eos genuit, exceperit, aluit, amauit, ſi firmiter apud ſe conſi-
 tuere velint, aut quam dedit eis vitam natale ſolum ei eſſe
 reddendam, aut vt poſteris maioribus de impietate trium-
 phatoribus natos decet omnino vincendum, nec pacis ſpem
 ullam cum his bellis concipiendam, hoc animo fideque
 ſi in bellum progrediantur, ſine cōtrouerſia eſt Deū
 non minus iſtis, quàm eorum ſub Carolo Martello
 maioribus de impietate triumphatoribus præſente ſuo nu-*

*Victoria
 Caroli Mar-
 telli de ho-
 ſtibus Ec-
 cleſiæ.*



mine affuturum : qui et in infinita hostium multitudine nullo modo essent pares, ij etiam strenue dimicarent, caesa sunt tamen ad trecenta septuaginta quatuor eorum millia : ut illa Saracenorum calamitas multitudinis

*Amil. vbi
sup. fo. 62.
Ioan. Vaf.
in Chronico
Hispan. an.
710.
Saraceni
370000.
vafi.*

militum & splendore ducum occisorum omnium sacrorum memoriam superavit : ipseq; Rex Abderama intercoactus corporum tumulos repertus est. E Francus autem tantum & quingenti desiderati : alij mille tantum occidisse tradunt, omnes autem non humanis viribus sed diuinæ virtuti tam incredibile victoriam adhibuerunt.

Quod si ab hoc tempore exoriri continuata Francorum historiam ad centum deinceps & amplius annos percurrere velimus, quando eorum dominium & imperium erat illuissimum, omnia & bella pro fide suscepta, & victorias pro religione conpariemus fuisse partas. Post hunc enim gloriosissimum

*Amil. vbi
M. du. l. i. a. i.
lan. v. b. i. su.
pra anno
738.*

Francis diem, & cuius letitia in reliquis Christianis memorata celebrata est, Martellus mox aliud pro religione bellum suscitavit contra maritimos illos Frisiae & Hollandiae populos, qui nuper veterem maiorum perfidiam abiecerant Christi fide renouarant. Eos terrestri bello è continente pulsos, Francus insula etiã Rheni quibus se tegerant

Frisij vbi

se expugnatis, deditioem facere coegit, & euerfis falsorum deorum adibus, famulos Christi de religione publica conuenerunt de integro recipere & audire. Dum in extrema Batavorum ora occupatur Martellus, in Narbonensem Galliam veteres iniurias vlturi irruunt Saraceni, quibus se iunxerunt ex Africa Siciliaque Sueui, Vandali, Alani, & cum iisdem quicquid gentium in Hispania Galliaque erat, contra Francos conuenerunt. Id enim solenne est hæreticis, contra Catholicos etiam cum Paganis & Mahometanis copias suas coniungere, nec mirum, quum vt hæreses, sic Paganæ & Saracenæ superstitiones capitibus dimittantur.

*Ariani &
Saraceni
vbi.*

suas coniungere, nec mirum, quum vt hæreses, sic Paganæ & Saracenæ superstitiones capitibus dimittantur.



ur, caudis tamen sunt inter se colligatae non aliter
 dom vulpes Sampsonis, ad vnicum Chiuili agrum
 pelliemque Ecclesiae infammandam. Athinus Sa-
 racenorum rex Comitum Massiliensis prodicione no-
 tu in Auenionem receptus est, qui mox Narbonem
 quoque occupauit, cui cum maxima multitudine
 eius Saracenorum rex Amoreus subsidio venit: cō-
 tra quem profectus Martellus & regem caecidit, &
 eius exercitum omnē inter necione deleuit, vt nullus ex pra-
 bo rerum perdit arum nuntius domum rediret. Quae victo-
 ria vt primū ad Athinum perlata est, quanta ma-
 xima potuit celeritate classem cum suis conscendēs

Jud. ca. 15

*Emil. ibi.
 Jo. 6.
 Ioan. Vas.
 Chron. Hi-
 span. anno
 736.*

Galliam pacatam Martello reliquit. Eodem ferē tē-
 pore arcta admodum obsidione premebat urbem
 Romam Luitbrandus Longobardorum rex, eam-
 que breui in suam erat potestatem redacturus.

Lōgobard.

Gregorius Pontifex suis viribus diffidēs, Martellum
 velut acerrimum religionis defensorem implorauit. Armis
 opus non fuit: Martelli auctoritati Longobardus dolorem
 suum condonauit, pacem Romae dedit, & vexilla ab vrbe pro-
 pe capta retulit.

*Emil. l. 8
 Jo. 66. 74*

Martelli filius Pipinus, qui paternam gloriam vel
 aequauit vel superauit etiam, cuius nomen scribitur
 fuisse impijs adeo formidabile, vt eo viuente nec hare-
 tici nec Saraceni contra Galliam vsquam se cōmo-
 uerent, ipsique Graecorum Imperatores eius amicitiam
 admodum ambiciosē expeterent, quae ferē alia

Ibi. Jo. 68.

bella gessit, quā pro religione, pro pontifice & ec-
 clesia Romana? Aistulfus Lōgobardorū re vniuerso
 bello pontificis Romani dirionē vexabat, & aliquas
 vrbes sibi subegerat. Stephanus pontifex maximus,
 vna admirabili sanctus, exponit Pipino miseriam suā,
 Romanos mancipia fore Longobardorum, nisi auxilium re-
 ligio Gallorum & Pipini pietas afferat, quos ideo demisse o-
 rat vt contra Christi hostes pugnare soliti, pro Christi Apo-
 stolis

*Victoria
 Pipini de
 hostib. Ec-
 cl. 64.*

Ibi. Jo. 77.

stolis arma capiant, bello magis pio, quam aut dubia aut difficili victoria. Pipinus per legatos Aistulfum cum pontifice conciliare studens, ubi Longobardum videret ratione alieniorem, patrio more capeffendorum bellum uniuersae Gallie concilium Carisiaci indicit. ibi exercitus discernitur. Nemo hanc velut sacrosanctam militiam detrahebat, vltro arma capiebant, certatim Stephano aderat. Erat veterum Francorum ad succurrendum pontifici Romano promptissima voluntas. Non enim dubitabant eam esse sacrosanctam militiam, quam pro sancta Sede eoque viro suscipere debebant, quoniam Christus suum in mundo vicarium & sacrosanctam Ecclesiam pontificem summum constituerat. Vix autem Franci Alpes transgressi suos in Italia gladiis distinxerant, cum Aistulfus per oratores omnia quae volebat Pipino pollicetur. Pax igitur illi data, & conditiones impositae, & Longobardus ad eas praestandas iureiurando adactus, reditque in Franciam. Pipinus magna gloria auctus, quod bellum externum aduersus gentem rebus gestis nobilissimam suscepisset, nulli suo praeio consecisset. Sed vix dum in patriam reuertatur, quum Aistulfus iurisiurandi immemor, septem Francos semel officio functos iterum pro aliena causa non sumpturos arma nullo suo fructu, populatim longe lateque prouinciam Romanam, ipsam urbem oblidet. Quod ubi in Franciam nunciatum est, tunc Pipinus non Stephano sed sibi qui pacem dedisset legem, scripsisset bellum inferri ratus, milites rursus cogit. Et ipsos ferentes virtutem suam ab Aistulfo ludibrio habuit. Reditur in Italiam. Ita Roma soluta est obsidio, versa in istem eadem fortuna. Qui modo urbem obsederat, Papiam in urbibus se rursus clausit, obsiderique cepit. Supplici condicione eadem impositae, sed nuda verborum fidei stare non placuit, obsides quadraginta accepti. Dum abest in Italia Pipinus, Saxones Germaniae & Bauariae à Carolo Martello

Longobardus victi.

Emil. ubi.
M. du Hai
lan. li. 3. in
Pipin. reg.
22. anno
735.

Saxones
Bauari vi.
li.

ello ad Christianam fidem perducti cōtra Francos
 coniuuant: sed numen diuinum Francorum arma iuuat.
 Victi statim Saxones castrisque exuti, bellum nouo
 electo redintegrabant, quum optimates in castra
 venerunt, veniamque vniuersae genti impetrarunt,
 quibus lex parendi data, vt quotannis trecentos bellatores
 equos ad Francum adducerent, quosque Franci, eosdem illi
 socios hostesque haberent. Tassilo quoque Bauarorum
 dux Saxonum auxilijs destitutus quorum fiducia
 rebellat, in fidem rōuersus comiter exceptus est ea con-
 ditione, vt se Francorum beneficiarium profiteretur & o-
 bedientiam iuraret. Denique si Francorum sub hoc
 rege statum considerare voluerimus, perspicimus
 eos ferè solos Christianam militiam exercuisse con-
 tra tyrannos & hæreticos: & vna videbimus eosdē
 fuisse solos Christianorum principum in controuer-
 sis grauissimis arbitros & iudices. Gothorum Atri-
 norum regnum in Francia per hunc Pipinum fun-
 ditus deletum est. Longobardorum in Italia regnū
 valde accisum, qui se cum Gothis iunxerant. Bur-
 gundi & reliqui ad Narbonem vsque interiecti po-
 puli, omnes domiti, & in Francorum potestatem
 redacti. Germania ab Alpibus Bauariae ad maritimā
 vsque Frisiam & Saxoniam mediterraneam Franco
 paruit, & maiori ex parte christianam fidem est am-
 plexa. Eodem tempore Græcorum Imperator, & rex
 Longobardorum suos in Galliam miserunt Lega-
 tos: & ipse Pontifex eo profectus est, omnesque vno
 consensu à Pipino tanquam Christiani orbis oraculo
 expectarunt Italicarum prouinciaram ordina-
 tionem, vt illè nimirum statueret que ciuitates Ro-
 mano Pontifici, quæ Græcorum Imperatori, quæ
 Longobardorum regi subessent: & quam Pipinus
 sententiam tulit, eam principes illi ratam habue-
 rant. Illud autem de Francis hoc tempore generali-
 ter

Fol. 78.
 M. du Hat-
 lan, vbi ste-
 pra fo. 75.
 an. 756.
 Regno
 Chron. li. 2.
 an. 756.

Regno ibi.
 ab an. 757
 ad 768.

Sigiber. ab
 an. 755.
 ad 768.

Emil. l. 2.
 in Pipin.
 reg. 22.

Gloria
 Francorū.

ter est annotatū eos semper *pias causas bello protegentes*
& fortissime ad earum patrocinium incubuisse.

*Emil. lib. 1.
fo. 78.*

Carolus autem Magnus qui regiam patris digni-
tatem in Imperatotiam mutavit, quamvis tota vita
maxima bella confecit, perpauca tamen aggressus
est in quibus religionis causa præcipuè non vire-
batur, vnde factum est vt in reliquis etiam ciuilibus

*Ib. i. in Ca-
solo reg. 23*

multo esset fortunatior. Principium ferè suorum
bellorum à Romani Pontif. defensione auspicatum
est, quem quum Desyderius Longobardorum regi-

*Victoria
Caroli Ma-
gni de ho-
stibus Ec-
clesia & fi-
dei Chris-
tiana.*

graui bello præmeret, idque in Franciam nuntiatum
esset, *tunc Caroli digna piæq; visa causa belli.* Antea qui-
dem inter eum & Desyderium querelæ varie inue-

cesserunt, sed priuatæ, bello tamen inferendo, si
aliorum principum in bellis aduendis præprope-
ram facilitatem respicimus satis magnæ & graui-

Verum vnica Ecclesie causa, illis omnibus quum
cunque, Christianissimi regis iudicio præpondera-
re visæ est, & tunc *se dignam piæq; belli causam ha-*

buisse creditit, cum summum pontificem à Chris-
tianis regibus, sed periuris & hæreticis, vel saltem
liticè catholicis, & nullius certæ fidei studiosis, bel-

lo vexari intelligeret. Varia post bella gessit sicut
Carolus & cum Saxonibus in Germania, & cum
Longobardis in Italia, & vtramque gætē Imperio

Francorum fortissimè subiugauit. Quorsum autem
& illa & reliqua ferè omnia Caroli bella spectanda,
vtrum ad largius sibi imperium comparandum, an

potius ad religionem Christi contra hæreticos, apo-
stata & Saracenos tuendam, hæc vna Christiano-
rum in Cantabrio ad eum legatio declarat. Affert
enim Gallicique congratulati victorias part. Sar-
acenisque religionem datam, & Pontificiam dignitatem
iniuria vindicatum, orabant vt natus ad nomen Christi
propagandum, Hispanorum qui summis cruciatisbus quæ-

*Emil. l. 2
M. du' l'ar-
lan. 3. an.
277. in Ca-
solo Mag.*

à Saracenis necari malint quam impiorum iugum, ne-
 religionem subire, miseretur. Saxonum salutem qui à
 no nomine aliam essent cura Carolo extitisse ut p̄ fierent:
 aorem apud superos laudem promeriturum, si tela bar-
 ara superstitionis a iugulo piorum auerteret, bellumque
 aracenorum ab aro susceptum, à patre gestum, ipse tan-
 tem conficiat, quod adolescentulus attigerat. Religio ergo
 bellum Italicum & Longobardos Italia depel-
 lentes Carolum impulit: religio eundem ad varias
 in Germaniam expeditiones faciendas permouit:
 religio causam fuit ut Saxoniam victricib. armis per-
 uaderet: quumque Saxones rebelles & Pagani se in *Ibi. fo. 86.*
 fidem Francorum venturos Christumque professuros diceret
 si aliquo pignore capiti suo caueretur. Carolus victor qui
 alioqui ad eas conditiones ut pignora eis daret nū-
 quam voluisset descendere, quia de religione agebatur,
 non turpe sibi Francicoque nomini duxit nobilissimos ami-
 citum obsides dare, atque ita baptizati sunt. Eademq; tem-
 pore Westphali victi in eius ditionem venerunt. Religio
 causa fuit ut cum iudem Saxones ter quaterve à re-
 ligione Christiana deficerent, Carolus eos ter qua-
 terve domaret bello, & ad constantiorem fidei Ca-
 tholicæ agnitionem coheret, à qua tamē rursus no-
 stra memoria per belluam illam Lutherum seducti
 alium Carolum desiderant qui eis veteris Apostasie
 memoriam penamque redintegret. Religio eundē
 adolescentem ad bella Saracenicā incitauit, eadem-
 que Christiana & Catholica religio eundem iam
 vitam cum suis Francis per saltus Pyreneos ab vlti-
 ma Saxoniam & Cimbrica Chersoneso ad Pampalo-
 nē Cantabriæ metropolim eraduxit: in quam urbē *Ibi. fo. 89.*
 postquam vera virtute perripisset, eamque milie-
 ty pus tuis præbisset diripiendam, omnibus in ea
 Saracenis qui armati erant cæsis ad cæterorū terro-
 rem, mox proximum Cæsaraugustæ regnum nul-
 lo ne-

lo negotio in eius potestatem venit. duoque ad-
 nitimi reges cum donis in castra venerunt, ut
 pacti, omnemq; Hispaniam Carolus nominis sui terram
 pleuit. Asturia Galleciaq; regi auxilia misit, nec post
 p̄is Hispanis superiores bello barbari extitere, quos
 li velut fulmina belli exhorruerunt. Ergo quod
 ab hoc ipso Caroli Magni tempore, perpetua
 dam serie victoriarum Saracenos fuderunt & ma-
 rates regnaque eis detraherunt, quod gradatim
 liquis prouinciis eiectiones in vnicam Granatam
 pegerunt, ex qua totaque simul Hispania per
 nandū ante centum ferē annos profligati sunt.
 Philippus hodie Hispanorum rex amplissimam
 Hispania tota & alibi extra Hispaniam tam late
 mina tur: hoc totum Carolo Francorum regi
 cisque illis acceptum ferendum est: quoniam
 mi licet fortissimique Hispani, ante Francorum
 men opem nec potuerunt aliquid contra Saracenos
 quia deerant vires, Hispanis sola monitum
 pta in Asturia Cantabriaque tenentibus, nec
 bant aliquid contra eos quia deerat animus, quos
 Hispani à Saracenis toties victi eos tanquam
 belli exhorruerunt. Et hæc ego ex innumeris
 maximis mediocria Francorum gesta delibo, id
 multis annis priusquam Occidentis regno, quod
 stea ad eos translatum est potirentur. Nam de
 victorias eorum & crebriores, & illustriores, & ho-
 perium largius propagatam, & nominis claritatem
 in omnes orbis terminos magis diffusam omnes
 storici loquuntur. Caterum etiam ante Imperium
 acceptum, illud de Francia vetissimum erat, eam
 ruisse domestica pacis externaque victorie bonis. Nihil
 regnum Christianum erat non multo Francia inferiori
 te gloria, nobilitate, opibus, Gallia, Germania, Italia, Fran-
 corum regi militabat. Utque perspicuum est eorum
 plurima

Hispanorum
 Imperium
 inchoatum
 à Carolo
 Magno.

Emil. l. 2
 fol. 16.

plurima bella ob solam religionem Catholicã fuisse
 mota, ita non minus evidens est milites Francos
 Catholica fide munitos. non tam suis armis quã ea
 fide confisos eadem bella cõmisisse, & victorias ex
 hostibus retulisse. Quõ enim in Austria Hunni cõ-
 iuncti Bauaris magnũ exercitũ collegissent, eumq.
 Carolus adoriti statuerat, prius in plantie spatiosa, sa-
 era facienda excitatis altaribus curavit, & milites ducesq.
 confessione & communione sacrosancta preparatisunt. Ex
 qua (Deo eorũ pietati amplissimũ fructum repen-
 dente) tantam numinis fiducia concipere, vt hostes cõperta
 Francorum alacritate, pars in Scythas vnde oriundi erant
 se receperunt, pars secundo Danubio vel in alia loca profu-
 gerunt. Ex quibus omnibus & generali Christianorũ
 omnibus atatibus consuetudine, qui nihil duxerũt
 gloriosius quã pro suis fratribus ab infidelium &
 tyrannorum iugo liberandis belli fortunam tẽtare,
 ex fide totius orbis Christiani qui in Concilijs vni-
 uersalibus Claromontano, Viennensi, Lateranensi,
 Lugdunensi, ea bella commendato, & ad ea susci-
 pienda Christianos humanis diuinisq. præmijs in-
 citant, ex sanctissimorũ patrum exemplis ea bella
 à Christianis ducibus gesta, maximè prædicãtibz:
 denique ex Dei ipsius autoritate huiusmodi bella
 & in litteris sacris præcipientis, & miraculis etiam
 confirmantis, & victorijs insignibus præter & supra
 spẽ humanã prosequenti, constat evidenti simè nõ
 solum fas esse, sed ipsam fidẽ & pietatẽ requirere,
 vt reges Christiani pro religione Christiana, eiusdẽ
 religionis hostes siue Saracenos siue hæreticos bel-
 lo persequantur. Ita fecerunt semper Christianorũ
 optimi Imperatores: ita fecerũt Francorũ antiquis-
 simi & Christianissimi reges. Ab ijs bellis Clodou-
 I. regnum suum auspiciatus est. Iisdem bellis Clo-
 douei filij paternã gloriã sunt æmulati: iisdẽ bellis

*Religio
 Francorum
 in prælo cõ-
 mistendo.
 Hallan. v-
 bi supr. an-
 798.
 Ibi. fo. 95.*

Carolus Martellus, Pipinus, & Carolus Magnus
 Francos ad summum & imperij & gloriae culmen
 nexerunt, ut Imperium Francorum per totam
 Europam pateret: gloria autem ad extremos Europae

*Supra fol.
591.*

Africae Asiaeque terminos diffunderetur. Hanc
 potestatem Francorum imprimis nationi regibusque
 tam (ut honorifice vereque notarunt historici) aliis
 nationes regesque à Francis tanquam liberi à par-
 tibus hauerunt. Atque hoc idem omnium esse Chris-

*Regni insti-
tuti est ad
praesidium
Ecclesiae,*

tianorum siue populorum siue regum officium
 dubitare non possumus, si regum Christianorum
 titulum & originem perpendimus. Egregie enim de
 uine magnus ille Leo, per antiquum Ecclesiae Romae
 Pontifex ad Leonem Augustum: *Debes* (inquit)

*Leo epist.
73. tom. 1
Concil.*

*cunctanter aduertere regiam potestatem tibi non solum
 mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse
 latam, ut ausus nefarios comprimendo, & quae bene sunt
 tuta defendas, & veram pacem iis quae sunt turbata restituas.*

*Vide Nicae
phor. li. 15
ca. 16. &
Eua. li. 2.
cap. 2.*

Cumque quaedam haereticorum in Alexandria Ec-
 clesia scelera caluinisticis similia recessisset, ut quae
 monasteria euertissent, sacrificij oblationem chrismatij
 purificationem sustulissent, Alexandrinam Ecclesiam ex
 orationis speluncam latronum effecissent, in eaque omnia
 lestium sacramentorum lumen extinxissent, & ut haec
 gitia aliquo Ecclesiastici ordinis velo obtegerent.
 Athanasium Timotheum Apostatam (& ut ita dica-
 theranum monachum istis sceleribus fauentem op-
 so Proterio vero Episcopo, pseudoepiscopum Alex-
 andrinum creassent: *Magnum est* (inquit Leo) *quod
 Imperator de talibus Ecclesia hostibus triumphare. Quod
 laudabile vobis est aduersarum gentium Paganarum
 cõterere, quanta erit gloria ab insanissimo tyranno
 Alexandrinam Ecclesiam in cuius cõtritione omnium Chris-
 tianorum est iniuria, liberare? Ergo quod antea saepe
 stẽdimus, regia Christianorum principum potestas*

maximè & primario ad ecclesia prasidium refertur, postea publicas utilitates tractat, ideoque maximè & primo loco debet Ecclesiæ hostes hæreticos, Apostatas, Saracenos, Ministros, Superintendentes coercere; & tum deinceps secundo loco de alijs hostib. comprimendis qui ita rempub. impugnant vt religionem non violent, cogitare.

¶ Vt autem hoc valde certum & exploratum est; ita illud videtur multis dubium & controuersum, vtum subditi hæreticum regem deserere possint, eumque si sponte nolit, armis inuitum prohibere ne imperium in eos exerceat. Quod vt magis anticipem multis afferat deliberandi scrupulum, faciunt aliorum vera de regum officio præconia, aliorum falsæ & impiæ de regum maiestate adulationes. Vera præconia intelligo ea quæ de obedientia regibus exhibenda scripturæ sacræ & diuina sanctorum monumenta continent, de quibus tamen satis existimo dictum, siue scripturas ipsas, siue orbis Christiani fidem perpetuam, optimam scripturæ sacræ interpretationem intuemur, quæ nunquam infinitam, sed certam certisque limitibus terminatam obedientiam regibus attribuit. Vtrinque enim didicimus esse potestatem in Ecclesia diuinam regia superiore, & regis moderatricem, & cui tum in veteri, tum in nouo testamento regiam potentiam Deus ipse subiecit. Adulationes autem impias dico quorundam fanaticorum Calvinistarum recentia scripta, qui iam post sanguinariam viginti octoannorum rebellionem, quum hætenus pluribus libellis & inue-

s.

Caluinistarum noua theologia pro rege hæretico.

ctiuis docuerint fas iusque esse contra regem pro Euangelio præliari, iam nunc mutato repente Euangelismi sui textu, quia magnam spem concipiunt Galliarum diadema capiti Calviniano imponendum, his argumentis suadent grande peccatum esse subditis

Pp 2 si con-

- Bellay en
1. Apolog.
Cath. part.
2. pa. 179
3. 1. 24.
262.*
2. 3. si contra quemcunque regem siue hæreticum, siue
Apostatam, pro religione arma sumant: 1. Subleu-
diuino præcepto obligari principibus qualescunq; fuerint, 2.
nec illis laborandum est quales sint principum consuetu-
dines, 3. neque subleui ab hac obedientia solui possunt
per vllam traditionem aut permissionem hominum gene-
ralem aut particularem, quia nullus potest immuneri
4. uinum. 4. Neque verò Ecclesia vnquam liberauit Chris-
nos subditos ab obedientia debita regi qui fuit vel legitime
defuncti successor vel iure electus, 5. Illique omnes mou-
erunt sine dubio iram & furorem diuinum qui se opponunt
6. regi legitime succedenti. Regis enim electio cælitus
facta in mundum venit, nec humanum est murmurare contra
sapienciam diuinam, qui sepe ad affligendum populum
electum, & domum Sionis, dat eis reges improbos, &
infideles, verosque tyrannos: quales erant in Iuda & in
Roboam, Ioram, Ochozias, Nadab, Baasa, Achab
uxore sua Iezabele. Sic item post Christi tempora plures
Imperatores & reges fuerunt hæretici & inimici veritati
Christiana, vt Constantius, Valens, Zeno, Anastasius, The-
odosius primus & secundus, Leo tertius, Philippicus, Barla-
7. am, qui etiam si sint habiti pro hæreticis, non sunt
regia dignitate amoti. Quid vero si rex ille cui diuina
quandam potentiam omnique exceptione maiore
affingitur, cum electio cælitus ad nos venit, cuius diuinitas
tam seuerè iubet obtemperare, à qua obedientia
per nullam traditionem aut permissionem humanam siue ge-
neralem siue specialem solui possimus, hic rex si cum pre-
sidentissimorum suorum consilio & assensu statuerit
ne hæreticus ei in regno suo succedat, nū hoc locum
regi cælitus & diuinitus potestate habenti est ob-
ediendum? Nihil minus: & hic dabit mihi veniam rex
libere loquar quod verū est hoc certe vt faciat 8. nō est in
potestate. Lex enim regni per quam ipse regnat, prohibet
8.

Obiectio.

*Infana re-
sponso A-
pologæti.*

quid noui hac ex parte molitur. Atque ita iudicatum est à Parlamento Parium pro Carolo VII. contra Carolum VI. qui sedere Trecenti Catharinam filiam tradens in uxorem Henrico V. regi Anglorum, eum etiam designauit proximum Gallie heredem excluso Carolo VII. Neque enim per regem mutari potest lex Salica huius florentissimi regni, cuius rex tutor est, ciuator, usufructuarius, & administrator, 9. salua eius substantia. Itaque quoad proximum sanguinis & cognationis ius, nihil potest contra veteres leges immutare: semperq; proximus agnatus ipsa regis prioris morte sit dominus iuxta auctoritatem legis & moris Galliarum. Atque ita expressè loquuntur de nostro regno 10. Ioannes Andreas, Baldus Panormitanus, Iason. Hæc summa est theologiae Caluinianæ ab an. Dom. 1584. de obedientia quâ subditi Gallicani præstare tenentur regib. suis deinceps in regno Galliarum successuris. Nā ab an. 1561 ad hoc vsque tempus, Euangelissimus eorum longe alio modo in Caluinistarum auribus insonuit, vt supra fuisse declarauimus, exempla q; sunt apertissima. Et paulò post primam rebellionem Theod. Beza noui Testamenti translationem suam Latinam dedicans Angliæ reginæ, ita præfationem eâ concludit & subscribit; *Geneue, anno à nato Christo 1564. Decem. 19. quo die ante biennium, Gallica nobilitas illustrissimo principe Condensi duce, non procul vrbe Druydam fortissime præliata, prima restituenda in Gallijs Christianæ religionis fundamenta suo sanguine feliciter Deo cōsecrauit. Ita hoc an. 1564. & deinceps, opus Christianissimum & maximè Euāgelicum fuit bello regem laceffere, & euocatis in Galliam Anglis, Germanisque, funestissimum in Gallia bellum gerere, & contra regem perfidiosissimè præliari: & qui in tali bello vitam amittit, is à Theod. Beza summo Caluinistarum patriarcha, in diuorum numerum refertur, & tanquā martyr honoratur, quòd sanguine suo*

Ibid. pag. 136. 139.

9.

Nauarr. Dominus Gallie.

10.

Mutabiliss. Euangeliss. Caluiniani.

Sup. ca. 6.

Bezam præfat. translation. no. testam.

suo Christianæ religionis fundamenta (quasi hæcena Galli omnes fuissent Pagani & Ethnici) Deo cōsecrauit. At post alios 20. annos inuersa penitus Euangelismi facies & scena, & iam ius diuinum requirit vt simpliciter sine vlla reculatione regi peccant omnes, contra quem si quis quidpiam maliatur, is ad imam inferorum abyssum damnatus est. Tum contra optimos iustissimosque reges, fructificum, & Carolum, bellum dimicare subditum licitum, imo opus erat diuinum & gloriandum. Nemo etiam si immanissimus tyrannus, hæreticus, Apostata, vt Ioramus, Achab, Iezabel, Valens (qualem auguratur fore suum Nauarræum) rex fiat, nulla conditio aut permissio humana siue generalis siue specialis Gallos liberat à grandi peccato, nisi eidem cum omni humilitate obtemperent. Ecquis verò cōcipere potest quæ sit huius tam contrariæ theologiæ ratio? Nemo opinor mortalium, nisi qui primò nouerit positum esse in arbitrio istorum dementissimorum hominum, fidem pro sua libidine variare. Hi autem iam à quinquennio statuerunt quoad hunc articulum, nouum Euangelismum in galliam ad aliquod tempus inducere, quia iam appropinquat tempus quo sperant (vti doctissimus quidam vir olim dixit) eandem sectarum Babilonem extructum in Gallia qua iam pridem extrui cœpit in Germania. Quæ Babilon & confusio vt commodè seratur & adoleat iam aliquod tempus ministris Arianis & Calvinianis quietum magnoperè desiderat, etiam si huiusque, omne genus discordiarum inter ciues, & inter principes omnis perfidia, omnis exulceratio animorum, & contra regem omnis rebellio, eorum Ministrorum studiis maxime nutrita & multiplicata fuerit.

Cæterum paucissimis summam huius Calvinianæ & Punicæ theologiæ percurramus, de veritate ipsa

*Sinusfer
Cycanonis
Pilonus de
corruptu
moribus v
drusq. par
tis Pontif.
& Euangel.*

mox fusius disputaturi. Est quidem iuris diuini obe-
 ditte regibus, vt item parentibus, & dominis, & præ-
 ceptoribus, & ducibus, & magistratibus, & in pri-
 mis Christo & Ecclesiæ, sed ordo est in hac obedi-
 entia. Et vt inferiori magistratui non est obedi-
 endum contra superiorem, ita nec superiori vel ipsi
 regi contra patriam & reipub, multò minus con-
 tra Deum & Ecclesiam, de cuius obedientiæ limi-
 tibus semel atqut iterum dictum est superius. Si
 non sit inquirendum in fidem regis successuri sed
 simpliciter sine inquisitione admittendus, qui est
 cognatione proximus, ergo si proximus hæres sit
 Arianus, si Trinitarius, si Iudæus, si Turca, vel pro-
 fus Atheus, idem à Christianis subditis statim est ag-
 noscendus reipub. Christianæ supremus modera-
 tor & princeps. Et tamen hic qui ita blaterat, aude-
 se Catholicum dicere? qui verius est ipsissimus
 diabolus in specie Calvinistæ? Si nulla traditio hu-
 mana potest soluere subditos ab obedientia regum,
 quæ traditio annis iam 18. Hugonotas in Gallia re-
 gibus suis fecit ita refractarios & rebelles? Quæ sit
 Ecclesiæ his in rebus potestas suo loco dictum est.
 Interim si non sit Ecclesia Christi quæ soluat subdi-
 tos ab obedientia regis, isti fatentur Calvinianam
 Ecclesiam non esse Ecclesiam Christianam sed sy-
 nagogam Satanae, quæ tanto spatio rebellionē sub-
 ditorum cōtra reges Christianissimos fouit. Sit pec-
 carum quàm velint atrox & horribile regi legitime
 succedenti resistere. At quando probabunt hæreti-
 cum regē in Catholico regno legitime succedere? ni-
 si forte succedere ita interpretantur, quemadmo-
 dum diei nox, paci bellum, vitæ mors, & in quibus-
 dam regnis Asiæ & Africae, Christianæ fidei succes-
 sit Turcismus & Saracenisimus. Sed hunc stultissi-
 me vocari successorem alibi ex diuo Nazianzeno

I.
 Respons. ad
 superiora
 theologia
 Caluin. pro
 regib. hære-
 ticus capta

2.

3.

4.

5.

Supra pag. 59.

Pp 4 ostendimus.

ostēdimus. Neque verò vnquam legitime succeda-
 contra omnium Christianarum nationum mores,
 & leges, & fidem, Caluinianè hæreticis veteri
 tholicè Christianorum regum scilicet ascendit. Si
 omnium regum etiam tyrannorum & Apostatarum
 electio sit cœlitus, quid ergo vult illud D. 1. per
 Prophetam, *ipsi regnauerunt sed non ex me?* Et tunc
 facile concedo ipsam etiam tyrannidē aliquo modo
 esse à Deo, quemadmodū etiam fuit tyrānis Sarraceni
 affligentis Iobum: sed qui ex eo colligit tyrannidē
 esse resistendum, ille idem argumentetur & Sarraceni
 ipsi esse obtemperandum, cuius in nos potestas
 cœlitus vt scripturæ euidenter aiunt. Ita nimirum
 furebat monstrum illud hominis, istorum Euan-
 gelisimi parens alter Lutherus: *Preliari contra Turcas*
repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos: eam
doctrina fecit, vt Germanis patriam suam alio
tempore secleratissimè magno Turcæ prodentibus
& eius defensionem negligentibus, Turca magnè
fecerit in Germania progressus. Sed tandem
Lutheranis circūstrepentibus, excitatus è veteribus
ebriosus & Bacchicus antistes reuocauit brutam
illam opinionem, & (vt memoriæ mandat aduoca-
tor eius Sleidanus) bellum cōtra Turcam geri
se censuit, etiam si Deus eo tanquam flagello nos
ret. Et iste ergo amens Theologus nisi Lutherus
ebriosior, cum Luthero sententiam muret: cum
quando diuina prouidentia ex morbo decubuerit
caueat vt accersat medicum ne diuinæ prouiden-
tia videatur resistere.

7.

Quòd verò addit, istos quos enumerat tyrannos
 non fuisse ex regis thronis per populum electos,
 id luculentum est mendacium: quemadmodum
 partim superius, partim mox demonstrabitur,
 & ex ipsa scripturæ historia & Ecclesiasticis monu-

6.

Osee 1.
v. 4.

Iob. 1.

Iob. v. 12.
& ca. 2. 6.Luth. 10. 2
art. 34. fo.
89.Sleid. an.
7542. li.
44.Cap. 2. et 3
vide ca. 10

mentis, cuius vel Latinè, vel Græcè, vel Gallicè intelligenti est perspicuum. Deinceps de autoritate regis ita stupidè philolophatur, vt auriculas Midæ vel vertiginem spiritus Calviniani facilè deprehendas: ita nihil dicit sobriè, nihil constanter, nihil Christianè: omnia desperatè, impiè, & profusufusosè: sic enim concionatur Regis autoritas diuina est, eique vt simpliciter & omnino pareamus iure diuino compellimur. eidem tamen sicum consilio Ordinum regni sui præcaueat ne princeps hæreticus regnum occupet, morem gerere non debemus. Hic enim religiosus ille Calvinista *veniam petit vt liberè loquatur* quod ab eo honor sui Euangelismi extorquet. Omnia quidem potest rex, inquit ille, & tamen hoc quod est & corporibus & animabus singulorum, & totius regni saluti vtilissimum non potest. Rursus, *nulla traditio potest quempiam ab eius obediètia excipere, vtque ei humiliter quoad omnia & singula subijciamur ius diuinum flagitat:* hoc quidem verum est, nisi cùm hæreticum à regno Galliæ adipiscendo impedire conatur. hic enim *ius diuinum* silet & interrumpitur. Si rex Catholicam fidem abrogare velit, si sacramenta tollere, si ius diuinum & humanum peruertere, id ei per hunc theologum licet. At vt idem rex aliquod obstaculum interponat ne Calvinismus, hoc est Turcismus, & Atheismus, & Satanismus plenis velis per Galliam feratur, in hoc *ius diuinum* (quod hæreticis, & Turcis, & Atheis mirificè fauet) regis potestati nihil concedit. Neque verò rex aliquid potest immutare eorum *quæ sunt de substantia Coronæ Gallicanæ.* Quasi hæresis aut hæreticus aliquis Calvinista sit *de substantia Coronæ*, sine qua respub. Gallicana non possit consistere: aut quasi fides Catholica æquè ac lex Salica non esset *de Coronæ illius substantiæ:*

8.

Mirabilis
Theologia
Caluinista-
rum.

9.

Pp 5 stantia:

10. *stantia*: aut quasi *Ioannes Andreas*, *Baldus*, *Panormitanus*, *Lafon*, hæreticis vnquam tale quidpiam indoluerint, aut de hoc portentoso Atheismo quicquam somniauerint; aut verò in animos induxerint quæpiam ex Gallorum Christianissimorum regum strepe ad tam fœdam & Antichristianam blasphemiarum sentinam aliquando ruiturum: aut quod isti iurisperiti, & eorum pater & author iuris Iulianus primus, reliquique Imperatores, & patres antiquissimi, & prophetæ, Apostolique, ipse quæ aded saluator noster Christus Iesus in Euangelio non demonstrat esse absurdissimum & prodigiosissimum, vt ouium suarum grex lupum rapacem pastorum præficiat. Hæc est theologia quæ hodie in die per Galliam dispergitur. Hi libri quos ista bestia impudentissimè sub Catholicorum nomine feminant. Et quis ita cæcus est qui non perspicit istos esse merè Atheos, qui nihil habent pensi quod scribant, quid loquantur, quid mentiantur, quid perierent, quid blasphement, modò tamen Caluiniuum suum promoueant, & tandè aliquando quod sollicitè & ambitiosissimè conantur, sui generis Calvinistam in augustissimo & Christianissimo Galliarum throno sedentem conspiciant?

6. Sed mittamus ad tempus istos Chameleontes & Vertumnos, qui vt polypus colores & ventus stationes, sic suam variant fidem & theologiam: remque ipsam per se intueamur. Quod si reiectis illis quisquilijs, & amputata inani ostentatione, factaque qui reges ferè consequitur, regiam conditionem per se expendamus, vnde veniat, quò pertinet, quem in finem referatur, quos habeat limites & cancellos; fortasse nec hoc de subditorum erga suos reges bello magis apparebit Christianis ambiguum, quàm illud alterum de hæreticis principibus
per alios

Suprà fol.
463. 465.

per alios principes Catholicos bello castigandis. Si enim respub. Christiana regendi sui habenas regi tradat ea expressa conditione, vt primùm Christiana iuxta fidem Catholicam, deinde iustè iuxta leges patriæ præsit; an si is hæreticè contra fidem Catholicam dominari velit legesque patriæ perfringere, num populo vitiosum erit ei obedientiam negare? Multa regibus Europæ vectigalia antiquitus populorum consensu donata sunt vt ij vias à latronibus tutas præstarent, quò ciues vltro citroque commea- te, negotiari, & sua commercia exercere possent. Si rex quispiam vel per se vel per armatos sua au- thoritate latrones eas vias oblideat, viatores spoli- et, ciuium commercia impediatur, num tenebitur deinceps populus, regibus concessa vectigalia tali latroni dependere? Omnes respub. ciuiles tyran- num, qui in bona & corpora ciuium iniustè gras- sabatur, viribus populi à gubernatione remouen- dum censuerunt; & tyrannum hunc in bona & corpora, & (quod caput est) in animas debacchā- tem Christianæ respub. tolerabunt? Diximus re- ges Christianos ita, vel potius multò magis ad sa- cramenta legis Euangelicæ, quàm reges Hebræos ad ceremonias legis Mosaicæ alligatos esse. Illi au- tem si legem Mosaicam transgredierentur, regia in Hebræos potentia abdicandi erant. quidni ergo re- ges in nouo Testamento hæreticos eadem pœna se- quatur? Quum pontifices Hebræi regem Hebræ- um denuntiaissent loco illo indignum tenebatur populus eum deinceps ex regali solio deijcere: & quum pontifices Christiani regem Christianæ legis desertorem Christianos regendi potestate priuaue- rint, minus rata erit sententia? ad pastoris sui vocè populus obsurdesset? & quem Christus contèni de- spicique vt paganum præcipit, eum Christiani vt Christia-

Reges hære- tico obedi- tia non de- betur.

Vide co. 9.

Suprà fol. 271. 273. & cap. 8. §. 2.

Officium populi erga regem hæ- reticum.

Christianorum patrem regemque verebuntur. E-
ganter quidem diuus Chrysoſtomus interpretatur
illud prophetae Iſaie, *In anno quo mortuus eſt rex Ozias
vidi dominum ſedentem &c.* oſtendit quid ſit populi
erga reges hæreſi infectos, & à pontificibus excom-
municatos officium. Nota eſt hiſtoria, quemama-
dum Azarias ſummus ſacerdos cum alijs cum
munere ſacerdotes fungi volentem, lepraque pe-
cuſſum è templi liminibus expulit, quem deinceps
& populus è ciuitate omnique regio honore dibe-
bat eijcere. Hanc penam vt alium quemuis è populo,

Iſai. 6. v. 1.

*2. Paralip.
cap. 26.*

*Chryſoſto.
2om. 1. de
verbu Iſa.
hom. 4.
5.*

regem perpetui oportuit (inquit D. Chryſoſtomus) non
perpeſſus eſt, his qui in ciuitate erant, illum ob diadem
regiamque dignitatem reuerentibus, verum manebat in
mo ſua clanculum, & conſedit in throno rursus legem ni-
grediens. Non aliter regem è Christiano fieri hære-
ticum eſt tranſgreſſio legis diuinæ. ſed regem
poſtquam hæreticus eſt in throno regio conſiderat
regem eum ex ſocietate Christianorum non expul-
ſed cum leproſus ſit in ciuitate permitti, vt alios in
lepra & hæreſi contaminet; hoc alterum eſt contra
legem peccatum, & propter contagionem ad multo
permanentem priore longè atrocius. Idque pro-
pheta ſignificat, cum ait Deum per prophetam
inceps non fuiſſe loquutum donec mortuus eſt
Ozias. Iratus enim erat Deus, quòd cum regem po-
pulus è folio regali penitus non exturbauerat. Ne-

*Lex Dei
armat ſub-
ditos con-
tra regem
hæreticum.*

Ibi hom. 4.

gligentia hæc (inquit D. Chryſoſtomus) Deum ad
cundiam prouocauit, hoc prophetiam inbibuit. Vos populus
metutis impurum eijcere? reueremini regiam dignitatem
Dei legem violantes? Quid igitur? Deus auerſus eſt ab illis
Non amplius loquor prophetis veſtris, non amplius mitto
ritus gratiam. Non vultis vlcis vicem meam? nec ego con-
quor vobiscum. Ipſe quidem poteram illum eijcere, verum
quod reſtabat, vobis relictum eſſe volui. Non vultis? &c. ego
vos de-

in deserto, nec exito prophetarum animum. Non agebat
 in eius spiritus gratia, similitas erat inter Deum & hominem.
 Hinc propheta necessario designat tempus mortis dicens,
 Anno quo mortuus est Ozias vidi dominum &c. quum ille
 mortuus esset, tum vidi dominum: nam antea Deum non
 videbam. Venit mors impuri & soluit iram, & Deus recon-
 ciliatus est hominibus. Qua in historia tota, illud sin-
 gulare & egregium est, omnibusque Christianis di-
 ligentissime aduertendum, quod Deus vsque adeo
 hanc impietatem in regibus detestatur, & vsque
 adeo fidelibus populis imponit officium hoc reges
 sic delinquentes castigandi, & ab omni regali alti-
 tudine funditus deijciendi, vt si hoc loco populus
 regi suo vel exile quid indulgeat; Deus eo facto po-
 pulum peccare & diuinam suam maiestatem non
 leniter offendere testetur. Iudæi enim Ozia huic
 aliquo modo regium splendorem detraxerant, eum
 segregatum ab alijs in *separatam domum* incluserant,
 eiusque filium Ioathamum patris loco regem pro-
 clamauerant, & vt ait Iosephus, rex iste à rerum pu-
 blicarum administratione semotus, *aliquamdiu vt*
homo priuatus extra urbem, aliquo modo priuatam vi-
 tam egit. Quia tamen populus veteri rerum ab eo
 gloriosissime gestarum admiratione adductus (ne-
 que enim fuit vnquam Iudæis post Dauidem rex
 aliquis, vel foris hostibus formidabilior multisque
 partis victorijs honorificentior, vel domi restaura-
 ta ciuitate, arcibusque munita, & aquæductibus
 ornata, ararioque & reditibus prudentissime con-
 stituta, & ordinata militia, dispositoque in tutmas
 & phalanges vniuerso populo, publico regionis sta-
 tuti vt illos non nihil ei regij honoris detulit, aliqua-
 do eum de rebus publicis regaliter consuluit, eum
 cum filio de publicis negotijs deliberare, & ijs ma-
 gis quàm priuatum hominem decuit sese interpo-
 nere

Ioseph.
 Antiquit.
 l. 9. ca. 11.

nere permisit, adeò vt aliquamdiu tantum, non perpetuo, non plenè, absolute, integreque omni peritus honore & maiestate regia fuerit expulsum, hanc populi lenitudinem tolerantiamque, & talem quantulamcunque regi impio factam recusantiam, Deus iniuriam esse suam interpretatur, & que hæc omnia iracundiæ signa erga populum illum ostendit, quæ ex diuino propheta sacriliciter insignissimus hic Ecclesiæ Doctor colligit. Quinetiam eodem in loco pulchrè ostendit, & cum regibus humanissimè agi, si vita eis concessa regibus tantum dignitatem amittant, & teneri populos diuinam Pontificum contra hæreticos reges lenitiam exequantur, & grauissimas populis illis uina iustitia impendere pœnas, qui in hoc peccatis regibus suis adulantur: vnâque notat semper quiescunque rex aliquis Ecclesiastica communione ob hæresim priuatur, multo magis eundem è ciuili principatu esse depellendum. Sic enim ait: Tu

hom. 5.

Rex per hæresim è rege fit priuatus.

hic quoque considera Dei humanitatem. Neque enim uertit ciuitatem, neq; perdidit inhabitantes: sed quod amici faciunt erga æquales amicos, quoties aliquid habet quod meritiò expostulent, hoc & Deus fecit erga gentem meritiò pœna supplicioque dignam. Nam ego quidem (inquit) priuatum illum regem è templo, vos autem nec è ciuitate quidem. Ego illum uinctum lepra è rege priuatum reddidi, vos autem nec sic quidem superastis priuatum, sed à me condemnatum non sustinistis è ciuitate propellere &c. In quibus manifestum est regem lepra hæretique infectum, è rege fieri priuatum, populi que fidelis officium quod Deo & Ecclesiæ debetur postulare, vt quem regem sacerdos propter lepram hæreticam eiecit ex Ecclesiâ, eundem ipsum respub. non aliter quàm priuatum quemuis homuncionem legibus obnoxium exterminet è ciuili societate.

Neque

Neque est quod reges aut aulici fremant hac doctrina regum amplitudinem & maiestatem immittant: miseriam fore conditionem suam, si hæc eis vincula & catenæ imponantur. Neque verò se reges esse sed subditos, non dominos sed seruos potius, si hæc ita sunt: quando hac ratione seruiunt magis quàm imperant, quos nisi aliorum monitis paruerint, à suis ipsorum subditis seditiose deserunt, & armis oppugnari posse statuitur. Quibus omnibus & si quæ alia in hanc sententiam populariter dici possunt, nullo negotio occurreretur, si reges quid in baptismo, quid in alijs Ecclesiæ sacramentis, quid speciatim in regno adeundo iurauerint recorderentur: neque molestè ferent se vocari seruos qui Deo & Ecclesiæ seruire, sanctissimè professi sunt, & quos Ecclesiæ seruos futuros Spiritus sanctus per Isaiam prædixit, & quibus nisi Ecclesiæ seruiant, æternam mortem denuntiat: & hoc modo seruire verè regnare est. Qui autem aliam solutam quiduis credendi & faciendi libertatem regibus vendicant, reges verè cupiditatum suarum seruos & mancipia faciunt, eosque è regibus in tyrannos transformant, & dum hoc infinitum imperium regibus arrogat, multò iustius populum contra reges arman, qui à populo electi vt populum iuxta leges moderentur, imperium assecuti conculcatis legibus populum pro voluntate sua & libidine regere moliantur: quæ iustissima causa est imperium eripiendi, quod adèd iniustè contra mentem eorum à quibus acceperunt, exercent. Quemadmodum autem quoad temporalia digna est vox maiestate imperantis, legibus reipub. alligatum se principem profiteri: ita quoad spiritualia non minus digna & necessaria est vox vt princeps Christianus legibus Ecclesiæ se de-

Obiectio Politicorum.

Respons. Christianorum.

Suprà fol. 522. 523.

Regum imperium est seruire Christo & Ecclesiæ

Suprà. p. 44.

se deuinctū profiteatur, & quod nisi fuisset profectus, in nolla repub. Christiana unquam regale solum conscendisset. Nec hoc est regiam maiestatem minuere; sed qui secus opinatur, & hanc subiectionem non docet, is maximè de regum ampliatione detrahit, eosque dum supra regie potestatis terminos extollit, infra mediocrium subditorum conditionem abijcit. Id quod aureus ille Doctor, quem proximè nominavi, in Ozia luculenter ostendit. Ozias (inquit) sua transliens septa, modumque regni transgressus, conatus est aliquid regio splendori addere, atque ingressus est templum cum auctoritate incensam adolens. Ex hoc quid glorie, quid honoris, quid magnificentie lucratus est? illud nimirum, ut dum in dotalem locum inuasit, regalem quoque perderit. Nec enim (inquit D. Chrysoctomus) nihil aliud esse regnum, ubi est legum transgressio. Non licet risu adolere incensum, non est fas venire in sancta & sanctum transcendis septa tua, quæris non concessa; ideoque quæ cepisti perdes. Non nominavit eum regem, ne que titulum percipatus appellavit, propterea quod ipse præsumens se dignitate deiecerat. Et mox de eodem. Ingressus (inquit) ut sacerdotium usurparet, etiam regnum perdidit. Ingressus est ut fieret venerabilior, & factus est execrabilior. Ingressus quovis homine privato posthac erat execrabilior. Adgressus est mala non manere intra fines nobis à Deo præscripta, ne honoris, siue cognitionis. Ergo rex nisi anathematizatus execrabilis esse velit, filius Belial, hoc est interpretatur scriptura absque iugo, proles Satana, ut igitur homines non putant ferre iugum Christi: sic nec dedecerosum æstimat hæc Ecclesie vincula quæ casti Christi sunt sibi esse iniecta, quæ ipsi regi potestatum sunt & commoda & decora: & quæ feruntur sunt animo siue æquo, siue iniquo, si tamen velint Ecclesia Christi Christianus homo, vel in repub. Christiana

Chrysoct.
ubi supra
hom. 4.

Rex Ec-
clesiasticū
gradum
inuasit
perdit re-
galem.
Ibid. hom.
5.

Nota bene.

Ubi supra
hom. 5.

Jud. 9. 22.
Matth.
23. 29.

Christiana Christianus princeps manere velit,
 quod olim ex Spiritu sancto cecinit prophetate-
 gius, interprete D. Augustino, cum dixit, *Alligandos* Tsal. 149.
reges Christianorum in compedibus, & nobiles in mani-
cus ferreus. Nouimus (inquit ille) reges factos Christianos. August. 179.
Nouimus nobiles gentium factos Christianos. Psal. 149.
 A quibus
 autem, & quorū laboribus reges Pagani facti sunt
 Christiani? Venit, nimirum Deus Christus prodesse om-
 nibus, sed elegit prodesse Imperatori de Piscatore (Petro) nō
 piscatori de Imperatore. Conuersi ergo piscatoris & alio-
 rum Apostolorum predicatione reges & nobiles mul-
 ti cessauerunt esse nobiles gentium, elegerunt paupertatem
 in hoc seculi nobilitatem in Christo, vendendq̄ omnia que
 habuerunt & dando pauperibus. Multi autem tenent nobi-
 litatem in Christo, tenent regias potestates, & sic sunt Chri-
 stiani. Ipsi sunt tanquam in compedibus & tanquam in ma-
 nicus ferreis. Vnde hoc ne progredierentur ad illicita, compe-
 des acceperunt, compedes sapientie, compedes verbi Dei.
 Quare ergo vincula ferrea & non aurea? ferrea sunt quam-
 diu timent, ament, & aurea erunt. Prudenter quidem
 & Christianissimè docet reges Christianos omnes
 eo ipso quo Christianam fidem admiserunt, com-
 pedibus & vinculis seipso implicuisse, tradidisse se
 ligandos Episcopis, & ei potissimus cui Christus
 clauis cœlorū tradidit, cui ligandi & soluendi ple-
 nissimā potestatem cōmisit. His vinculis & Ambro-
 sius Theodosium, & Innocentius Arcadium, & Pa-
 triarchæ Græciæ suos Cæsares, & pōtiffices Roma-
 ni, Galli, Germani, Hispani, Poloni suos Imperato-
 res, Reges, Principes semper colligarūt. Et hæc qui-
 dem vincula quæ reges ab impietate cohibent, bo-
 nis & religiosis sūt aurea, quia amore iustitiæ, Chri-
 sti præceptis obtēperant: improbis & dissolutis sunt
 ferrea, quia necessitate & terrore disciplinæ eos in
 quadā subiectione cōtinent, sed aliquo semper mo-
 do vel

*Reges
 Christiani
 necessario
 sub discipli-
 na Ecclesiæ.*

Qq do vel

do vel aurea vel ferrea ab omnibus regibus Christianis gestanda sunt quæ ut primùm aliquis percipit & à se projicit, statim & Christianus & Christianorum princeps esse desinit, & nullum Christiano iure in Christianos sibi arrogare potest dominium, qui illis solum principibus obediendum esse dicitur, qui ipsi obedientiam Christo & Ecclesie tantam præstare non delignantur, in qua prior obedientia principum, posterior obedientia subditorum inter Christianos fundata est, ut aliàs fuse copiosè que demonstravimus.

Sup. ca. 2
31 & 7.

7. Cuius rei illustre exemplum præbuerunt Episcopi & nobiles totius Germaniæ ante annos quingentos in Henrico, Imperatore quidem fortissimo & bellicosissimo, sed multis contra Ecclesiam flagitijs infami. In enim postquam à pòtifice excommunicatus & Imperio in Christianos abdicatus fuisset

Naucerus
Generat.
36 pag.
135.
Oppenheim.
Vide Albert. Crantzium in Metropoli Saxon. lib. 5 cap. 17.

principes & populi pars maxima animos ab eo alienaverunt. Vnde in civitate Imperiali colloquium maxime factum est, ubi primi totius Germaniæ principes, & maxime Saxonum & Alemanorum, subiectioni regi renuebant, eò quòd sententiam execrationis in Romana Synodo acceptisset. Vnde in id concilij convenerunt ut Henricus à pontifice supplex veniam peteret: alioqui successores illi duros se concordie conventus sententia testati sunt. Quinetiam antequam publicè sententia in eum à pontifice lata fuisset, Saxonie principes contra eum

Marian.
Scotus an.
1075.

fixus inierunt: cuius facti hanc tanquam rationem iustissimam assignant: Vnicam enim & tantam domini sponsam, quam redimit pretiosi sanguinis pretio, quantum in ipso fuit, per hereticos polluerentur veritus, dùm spiritualia Ecclesie officia per iniqua contraheret, & que Catholica fidei commercia more Simonis efficerentur, &c. Quoniam enim evidens erat Ecclesie per eos Simoniacos hereticos vastatio, Catholici proceres

Henricus
Imperator
per suaditionem exitu impetio

Episcopi

Episcopum propheta Helia domini zelo zelantes pro Ecclesia, & diuinitus & humanitus satis magna potestate præditi erant ad communem reipub. & Ecclesie illius particularis perniciem depellendam, etiam si pontificis summi censura ad eorum causam roborandam non interuenisset, uti in Hispanie, Polonie, Angliæque regnis aliquando vsu venisse ostendimus. Cùmque Henricus iste iuxta principum Germanicorum voluntatem Pontifici se submisisset, ab eoque Ecclesiasticæ paci esset restitutus, postea autem ad vetera flagitia sua relaberetur, euaderetque tyrannus, & virginum & matronarum stuprator turpissimus, & Simoniacus nefandissimus, bona quorundam nobilium ac principum, nec non monasteriorum & episcopatum diripiens atque vastans, inuestituras episcoporum pro pecunia conferens, pro arbitrio præfules constituens & deponens, ut apud eum esset acceptior qui ditior non qui melior: hæc maliciam patraret tam licenter & passim, ut iustitiam cum iniuria confunderet, & inter Catholicos, hæreticos, atque schismaticos vix esset etiam bonis discretio, in qua confusione & præsentis submergenda reipub. periculo, cum naucleris in piratam est mutatus, ad alios vectores, ad subditos tam Ecclesiasticos tum laicos spectat ut prouideant reipub. totius saluti, Saxones cum suis principibus, episcopis & Baronibus, mori pro Ecclesiarum & patriæ libertate parati, validum contra regem produxerunt exercitum, crebro per annos 24. varia & cruenta utrinque gesserunt prælia, & finaliter victores euasere, regemque superatum non sine saorum grandi cæde, & cessare compulerunt à regnando, & fugere in Germaniâ inferiorem, vbi captus & Leodij in carcerem coiectus, illic ad mortem vsque detinetur.

8. Atque hæc subditorum contra principes tyrannicè religionem Dei conculcantes bella aded sunt iusta ut nullam vnquam in populo Deo maioribus

Suprà cap. 8. §. 10.

Chronicon Ciceronse Pauli Lan. 24 pag. 774.

8.

Macchab. 1. 2. ca. 1.

Q. 9. D. 1

Iosephus de Machab. & Antiq. lib. 12. cap. 7. 17.
 Dei ipsius præconijs fuerit commendatum. Pacificè Iudææ regno potiturus est Seleucus Asiæ rex, cuiusque & populus & pontifex obtemperabat non tanquam tyranno, sed tanquam iusto regi: in cuius famulatu regnum illud annos centum & quadraginta durauerat, & quo regnante ciuitas Hierosolymitanum alta pace florebat. Mortuo Seleuco in regnum successit filius eius Antiochus cognomento Magnus & Illustrissimus, quum diu multa in Iudæos beneuolentia & liberalitate fuisset usus, postea dum bellum in Egyptum Ptolomæo gereret, audiens fama de suo meritum dissipatâ quosdam Hierosolymitanos maxime gauios, protinus in Iudæam contendit, Quo cum venisset, spolauit templum, & abstulit vasa ministerij, inter cætera, candelabra aurea & altare aureum, nec aliis quidem relictis, euacuans etiam thesauros abscondita ut nihil omnino relinqueret. Cumque ad hunc modum ornamenta templi & instrumenta sacrificij cultusque diuini diripuisset, proximè Iudæos quosdam diuina sacra secundum legis præscriptum vetuit facere, & prohibuit circumcisionem, quæ præcipua Mosaicæ legis sacramenta, militia & baptismo Christianorum respondebant. Et maxima quidem Iudæorum pars metu supplicij parebat edictis regis, adeo ut Iudæos alios contra hunc hominem arma mouere qui maioribus regibus ordine legitimo succedens, longe etiam maiorem populi partem habebat sibi assentientem manifesta perduellio & rebellio non excusanda hominibus profanis reges tanquam deos quosdam rerum omnium diuinarum supremos arbitros subsistentibus, videri posset. At longè aliter Spiritus sanctus. Si quidem Mathathias sacerdos quum manderetur ab aulicis ut iussioni regis pareret, sicut fecerunt omnes gentes, & viri Iudæ, & qui remanserunt in Hierosolymis, & si ad hunc modum fidelem se regis subditis ostendit,

Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 3.

Ibi. cap. 7. 1. Mach. cap. 1.

Antiochus legitimus rex Iudææ.

Propter religionem recte oppugnatur a suis subditis.

1. Machab. 2. v. 18.

deret, inter amicos regis numeraretur, amplificatus auro, & argento, & muneribus multis, respondit fortiter, Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt vt discedat vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, ego & filij & fratres mei ei legi obediemus: non audiemus verba Antiochi. Neque hoc dixit solum, quod solum politici Christianis subditis licere putant, ita tamen vt deinceps vim nullam abhibeant, verum capita sua regi offerant si voluerit præscindenda: sed etiam exclamauit voce magna in ciuitate dicens, Omnes qui habet re- Ibid. v. 27.
 lum legis, exeat post me. omnesque Iudæi, qui erant optimi, & legis diuinæ studiosissimi ad Mathathiam se adiunxerunt, factoque exercitu Antiochum regionisque persequenti sunt, & prosperatum est opus in manibus eorum, & inuito rege, ducibusque regis legem regiam è locis suæ diuisionis expulerunt, & legem Mo- Ibid. v. 47. 48.
 saicam statuerunt, & si quos deprehenderunt Apostatas, eos ad legem Mosaicam abiecta lege regia obseruandam compulerunt. Nec Mathathiam etiam si sacerdos esset, & legis sacrosanctæ peritissimus, iamque in ipso mortis articulo ad Dei tribunal sistendus & suarum actionum redditurus rationem, huius tanquam perduellionis contra regem Dei ministrum penituit, sed potius magnum ex ea conscientie suæ solatium percepit, filiosque suos hortatus est, vt ad extremum vsque spiritum in eo sancto proposito contra impiũ regem persisterent. Vos (inquit) r. Macha. 2. 25.
 filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. Assumite vobis omnes factores legis, & vindicete Joseph. An. 119. lib. 12. cap. 2.
 vindictam populi vestri: rependite gentibus quod meruerunt & intendite in præceptum legis. Præstate vos mihi germanos filios, contemptraque omni vi & necessitate, parati estote pro legum tutela, vel mortem oppetere & huic egregio facinori immori, cogitantes quod Deus vos tales non destituet sed amplissime remunerabit.

Q9 3. Matha-

Mathathia defuncto eius locum excipiens Iudas Machabæus dignissimus tali patre filius, cum regibus saepenumero conflixit, eosque insignitum cladibus affecit. Primum Apollonium Samosatæ præfectum vicie & occidit, tum Saronem imperatoris Syriæ, deinde Ptolomæum, mox Gorgiam & canorem exercituum duces cum quadraginta milibus peditum, & septem millibus equitum occidit, postea Lysiam cum sexaginta peditum milibus & multis millibus equitum, ipse cum parva tantum manu, *voris pro victoria factus Deo fretus* profregit, urbemque ex regis manibus extorsit, regemque & religionem & præfectos ex ea exterruit, veteres Iudæorum ritus & sacrificia instituit. Ecquis verò fuit vel eius temporis, vel in consequente posteritate verus Hebræus qui hoc Iudæ factum improbaret? qui diceret Iudæis Antiochi regis subditis moriendum quidem fuisse rege, sed non contra regiam maiestatem bello certandum? hoc enim proditorium esse, & lege interdictum? Imo istæ friuolæ & sordidæ cogitationes nunquam ut opinor in animos eorum verterunt. Quin potius Iudas Machabæus, & sacerdotes, & pontifices, & populus, *uniuersa inquam Ecclesia Israel* ut declararent hæc contra reges impia bella esse sancta & summè laudabilia, statuerunt quoniam hoc modo recuperata per Iudam ciuitate & templo, altare templi de integro dedicatum est, huius victoriae & Dedicacionis festum temporibus suis *ab anno in annum per dies octo celebratum cum lætitia & gaudio. Cuius festiuitatis initium fecit Iudas, qui tum statim per octo dies sacrificauit, populum sumptuosum & splendidam epulum exhibuit. Ab eoque tempore mos hic apud nostros inquit Iosephus, obtinuit, ut eamque hanc festiuitatem luminum, opinor ita, quod ea*

Iudas Machabæus gloriosus præfectum vicie contra regem suum pro religione.

Ioseph. ibi. cap. 11.

1. Machab. cap. 4. v. 59.

Ioseph. ibi. cap. 11.

insperato nobis illuxit tanta festiuitas: ipse que Saluator
noster Christus hoc festum diuina sua presentia ho-
norare dignatus est, vt suo quoque testimonio bel-
la istiusmodi doceret esse iusta & sancta, etiamsi rex
ipse Antiochus his rebellium suorum (quos voca-
bat) victorij sita fractus & afflictus est, vt merore
confectus discesserit e vita. Defuncto patre accedit
ad Hierusalem cum immenso exercitu filius An-
ochus Eupator, eamque obsidet, & quia eam vi non
poterat expugnare, sciebatque Iudæos rebellasse, quia
patrius legibus vt non sinebantur, misso caduceatore pacem
eis denuntiat & libertatem viuendi patris maiorum legi-
bus. Illi verò libenter hæc audientes, accepta in hoc
regis fide, & iurciurando interposito, ciuitatem & tem-
plum ei tanquam regi suo tradunt, qui mox cum
exercitu ingressus, vt vidit locum egregie munitum,
violato sacramento, propugnacula dirui iussit, &
abducto necatòque pontifice Onia, Alcimum pon-
tificem fecit, qui non erat e sacerdotali genere, quo
vno totam legem penitus euertit, quum in pontifi-
ce vero, & tota iudicandi rectè potestas, & ipsa sa-
cificandi legitima ratio consisteret. Ergo quamuis
Metropolis Iudææ Hierusalem regis esset obe-
diens, nec in eam vt prius sub Antiocho Magno sa-
era Gentilium fuissent introducta, quia tamen &
Alcimus ille non obscure legis & patriæ hostem se
gerebat, & Nicanor Antiochi prorex manifestè im-
pius blasphemè cultum diuinum irrisit, & templo
deflagrationem minatus est nisi sacerdotes eius ini-
quis postulatis cederent, has ob causas nec sacerdo-
tes orant pro rege, eiusque exercitu (vti debebant si
verus fuisset rex) sed contra regem perierum, & huc
eius tyrannicum ducem, vt Deus faciat vindictam in
homine isto & exercitu eius; vt cadant in gladio, vt Deus
recordetur blasphemias eorum, nec det eis vt permaneant:

Q 4 Iudæisque

Ioan. 1. 9.
4. 22.

1. Mach.
cap. 6.

Iosep. lib.
12. ca. 14.

1. 5.
Pax inter
Antiochum
& Iudæos.

1. Mach.
6. v. 58.

&c.

Nota bel-
la propter
religionem
 suscepta
 contra
Antiochum.

Iosep. cap.
16. 17.

1. Mach. 7.

1. Tim. 2. 2.

1. Pet. 2. 12.

1. Mach. 7.
38.

Iudasque etsi secum non plusquam mille pedes haberet, fretus tamen iusta causa & diuina opem, cum his paucis contra Nicanorem copioso exercitu instructum processit, caesq; inter primos duce ipso, reliquos etiam vniuersos interneccione deleuit, ut

*7. Macha.
9. 26. 27.*

ex ijs relictus sit vnus. Et acceperunt spolia eorum in praedam, & caput Nicanoris amputauerunt & dexteram suspendunt contra Ierusalem. Et laetatus est populus deo, & egerunt diem illum in letitia magna.

Mortuo autem in his praelijs Iuda Machabeus

*Bella contra reges
impios con-
tinuata a
ijs Iudaicis.*

eiusque interitu fractis plurimorum animis magna Iudaeorum multitudo legem desereret, & Graecos ritus dominosque transiret, filium Antiochi regem suum agnoscentes in cuius ditione et

*Ioseph. lib.
13. cap. 1.
§. 2.*

Hierusalem; nunquam tamen destiterunt Iudaei Machabaei fratris Ionathas & Simon fraternam pietatem & fortitudinem imitari, strenue praeliando

aduersus impium regem, seuerè castigando partem religionis desertores, paulatim oppida & ciuitates recuperando, donec tandem penitus depulso regi

*Regnum
Machabeorum.*

Pagani iugo, patriae libertatem, populo religionis & tibi ipsis regnum comparassent, quod deinceps in eorum familia vna cum Pontificatu ad centum

*Ioseph. An-
19. lib. 13.
§. 5. 8. 9.*

annos permansit, Deo illis singularia multa & temporalia & spiritualia beneficia impendente. Ionathas enim ita se gessit, vt Bacchidem, Apollonium

*11. Macha.
14.*

aduersariosque duces multis praelijs attigerit, vt multi Syriæ & Aegypti reges Alexander, Demetrius

& Ptolomæus eius amicitiam ambitiose & multis muneribus expetuerint, vt ciuitatem Hierusalem

rursus ex manibus Macedonum eripuerit, eamque multis preuilegijs ornauerit, tresque

parthias, Samariam, Gallilæam, & Peræam, aliasque item ei adiunxerit, totamque Syriam Damascum vsque subegerit. Quo per insidias interfecto,

quam

quum populo Iudæorum valde fluctuante, multif-
 que ad regem deficientibus, quia iam post duorum
 nobilissimorum ducum Iudæ Machabæi & Iona-
 thæ eadem desperabant de se contra regis potentiã
 tuendis, quum etiam putarent reliquos omnes ho-
 rum calamitoso exitu perterritos reipub. exhaustæ
 & in tantis periculis positæ administrationem nolle
 suscipere, Simon III. Machabæorum frater qui so-
 lus supererat, conuocata multitudine, profectus est
 quemadmodum pater & fratres pro legibus patriis
 & religione propaganda omnibus se periculis ex-
 posuissent, ita quoque se paratum esse eadem con-
 ditione & viuere & mori. Non dubitare se quin pa-
 ter fratresque, qui pro legibus & sanctis fecerant prælia,
 & pro iisdem vitam amiserant, æternis à Deo præ-
 miis sint affecti; se quoque eorum vestigiis ingres-
 surum, nec vllò vnquam terrore victum, vitam glo-
 riæ, priuatum commodum publicæ saluti, regis a-
 micitiã diuinæ religioni prælaturum. Quibus di-
 ctis animatus populus vehementer ad inchoata
 contra regem regiosque prælia perpetuanda accen-
 sus, Simoni imperium committit: sub cuius prin-
 cipatu quoniam res Iudæorum magnis accessioni-
 bus auctæ sunt, iique multas de finitimis hostibus
 retulere victorias, multas in Samaria vrbes cœpere,
 multas expugnauere, istanto in honore apud po-
 pulum fuit, vt tam in priuatis instrumētis quàm in
 publicis scripturis nominarent eum Iudæorum Eth-
 narcham optime de sua gente meritum. Eius filius Hyr-
 canus triginta & amplius annos gloriôsè in pace
 belloque regnauit, à Deo tribus maximis honoribus di-
 gnus habitus, principatu gentis Iudæorum, pontificatu, &
 propheta. Nam fruebatur diuinis colloquijs, & magnam na-
 tius est futurorum præscientiam. Denique huius fami-
 liæ posteris, Iudæorum tam politica quàm Ecclesia-
 stica

*Ioseph. lib.
 12. ca. 11.
 1. Mach.
 13. v. 2.*

*Ioseph. li.
 15. ca. 11.
 Ibi. c. 18.*

Qq 5



ffica vsque ad Herodem tenuerunt, qui & Pontificatum & Regnum, Hyrcani facilitate & simplicitate abusus veris hæredibus abstulit, alteroquoque reseruato, alterum falsis sacerdotibus non ex tribu Leuitici generis serie propagatis largitus est, seduaculum & imminutum, & pro suo arbitratu quicquid vellet vni eripiendum & impartiendum alteri. Quod regni Iudaici mox desituri, vel potius iam, tumlo- sinentis certum erat præfagium.

9. Neque erga reges externos tantum ita se gerunt Iudæi, sed contra ipsos etiam reges Hebræi qui è Dauidica stirpe procreari Dei ipsius præceptione populo illi præfuerunt. Nam cum Iosaphat optimi regis filius Ioramus per vxorem suam Atholiam Achabi filiam seductus ambularet in regnum Israel, & faceret malum in conspectu domini, populus cogeret lucos in aditis montibus conscendere & aliena minima colere, quod tam expresse lege Dei interdiceratur, Idumæi qui fideliter Iosaphato patri paruerunt filium eius Ioramum regem abiecerunt, nouum sibi eligerunt, & quamuis Ioramus collecto exercitu in eos irrueret, & vicis aliquot exurens terram non nihil inferret, tamen illis contra generosè dignantibus, non est ausus ulterius progredi, nec quousquam hac expeditione profecit, nisi quod plures defectiones sequuntur: illis quoque, qui Labnam regionem incolunt, eius regem excutientibus. Et vtriusque populi sic deficientis & rebellantis causam approbat Spiritus sanctus, simul omnium fidelium sine Hæbreorum, sine Christianorum à regibus infidelibus, hæreticis, & Apostatis similes defectiones & contra eos rebelliones commendat, quando historiam describens, hanc fabulam eius grauissimam iustissimamque rationem assignat ad æternam posteritatis memoriam & doctrinam.

2. Paralip. 6. 21. 6.
Iosaph. An. inquit li. 9. 66. 2.

Iosaph. ibi.

Populus iudeus rebellat contra regem hæreticum.

2. Paral. 21. 10.

Dereliquerat animi Ioramus dominum Deum patrum suorum ac formam

at fornicari fecit habitatores Hierusalem et preuaricari Iudam. Quod item magis confirmat exceptio adiuncta, Noluit autem dominus disperdere domum David, propter pactum quod inierat cum eo, & quia promiserat dare lucernam ei & filiis eius omni tempore: id quod perinde est ac si diceret: si ordinaria Dei lege ageretur, rege ipso interfecto, regnum ei stirpique eius totum erat penitus auferendum. At Deus extraordinaria clementia, quia Dauidi pollicitus fuerat perpetuam successionis seriem, & aliquem principatum vsque ad Messiae tempora, idcirco regni partem tantummodo detrahit, ipsumque regem morte affecit: partem autem regni, impij regis filio in gratiam Davidis permittit remanere. Nam quod ipse rex propter hanc idololatriam suam, & potissimum quia populum suis edictis & legibus ad eadem impietatem voluit compellere, merito quidem regno toto & vita privandus fuerit. Helias propheta, totaque respub. Iudeorum manifeste declarauit: Helias quidem, quum scriptis literis non populum deficientem a rege, sed regem deficientem a Deo magis adhuc coarguit, & nouis suppliciis cum toto populo qui cum non abiicerat conficiendum fuisse praedixit. Quia

2. Paral. vbi supra.

(inquit) non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui sed incessisti per iter regum Israel. & fornicari fecisti Iudam & habitatores Hierusalem, ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo qui tibi adhæret & filijs, & vxoribus, vniuersaque substantia tua; & agrotabis pessimo langore vteri tui, donec egrediantur vitæ tuae per singulos dies.

Iudæi autem idem se cepisse ostenderunt, quia postquam eo foeditissimo morbo miserabiliter interisset, eum nec regio funero dignati sunt, nec paterno monumento intulerunt, nec aliquas exequias ei fecerunt sicut consueuerant maioribus eius, vltimantes eum non regem sed priuatum hominem, vt qui ius regni per Apostasiam

2. Paral. vbi supra.

Ioseph. Antiquit. ii. 9 ca. 3.

fiam amiserat, ideoque nec regio funere erigenda, nec monumento regum condendus, nec sumptuosis exequiis honorandus, quæ regio Iudæorum more maioribus eius regibus venis debantur. Eodem pertinet historia Amatae regis Iudæ, qui inflatus victoria quam contra Idumæos obrinuerat, religionem pro sua libidine immutare volebat, tanquam supremum eius caput, quod in probis tum Iudæorum tum Christianorum regibus valde vsitatum fuisse aduertimus. Ex quo factum est Deo ita permittente, vt statim ad fœdam idolatriam prolaberetur, proptereaque à propheta apprehensus, cum admonitiones eius contempserat, mox ab eodem propheta audiuit: *Scio quod cogitauit dominus occidere te quia fecisti hoc malum, & non acquieuiisti consilio meo.* Cuius comminationum iritatem Deus non per Idumæos, aut Samaritanos, Assyrios, hostemve aliquem peregrinum, sed proprios ipsius subditos ciues Hierosolymitanos compleuit. Postquam enim ad hunc modum per idolatriam rex recessit à domino, & isti recesserunt à obedientia regis, *atq; tetenderunt insidias in Hierosolyma Metropoli & primaria ciuitate, deque eo clamantem interficiendo consilia inter se inierunt.* Rex eorum occultas conspirationes sagaciter odoratus periculum declinavit, & fugit in Lachis. Populus autem videns clandestinas suas artes non succedere, ad apertum bellum proruperunt, collectoque exercitu ciuitatem Lachis obsederunt, eaque potius idolatriam regem illic interfecerunt, bonis omnibus sacerdotibus, & pontifice, ipsoque Deo eorum profanitatem comprobante.

IO. 10. Quod si hoc Iudæi contra reges suos fecerunt, & Deo ipso laudante fecerunt, an subditis Christianis ea potestas crepta est? & hi actio-

Rex hereticus à populo suo interfectus.

2. Paralip. 25. 16.

Ibi. v. 27.

ibus vinculis impliciti sunt vt haereticorum & A-
 postatarum regum nutum sequantur? Num Iudai-
 ca religio fide Christiana, num vmbra corpore, nū
 Moytes Christo excellentior est, vt pro illa con-
 tra reges Apostatas omnia belli discrimina fuerint
 subeunda, pro hac autem nihil sit periclitandum,
 sed ea regis cuiusque libidini committenda, vt rege
 volente viuat, eo nolente pereat? An verò reges
 Christianorum magis quàm Iudæorum per Chri-
 sti Euangelium vinculis Deo parendi exolutos pu-
 tamus? vt illi effrenatè possint Dei iugum excute-
 re, & noui Testamenti sanguinem quo redempti sunt,
 impunè conculcare, cum Iudæorum rex irritam fa-
 ciens legem Moysi, quæ sanguine bestiarum sancieba-
 tur, sine vlla miseratione, mortem perferre debuerit?
 Quòd si nec Christiani subditi ad maiorem regib.
 Apostatis obediendi seruitutem sunt obligati, nec
 reges Christiani lege Euangelij maiorem blasphem-
 mandi contra Deum impunitatem consequuti, &
 religio Christiana millies sit quàm Iudaica, subli-
 mior, diuiniore, excellentior, ideoque magis omni-
 bus & animi & corporis viribus retinenda: per ab-
 surdum est id iuris Christianis subditis adimere,
 quod Deus in scriptura veteri Iudæis subditis est
 largitus. Doctissimi que partes Ecclesiae primitiuae
 his ipsis exemplis Christianorum erga reges obe-
 dientiam metiuntur: & ex iis colligunt quid reges
 Christiani merètur cum apostatae vel haeretici sūt.
 Ita D. Chrysostomus ex Ozia historia, & principū,
 & Episcoporum, & populorum officium egregiè
 demonstrat. Ita collega Athanasij Lucifer Episcopus
 totam Machabæorum historiam ad Constantium
 Imperatorem haeticum accommodat. Videamus
 (inquit) eodem tempore quo socius tuus, Constanti, tyran-
 nus Antiochus persequuntur nostra religionis extitit, quid fe-
 cerint

Heb. 10.

29.

Ibi. v. 28.

Scriptura
clare pro-
bent bella
subditorū
cōtra reges
haeticos.

Vide supra
610.

Lucifer de
non parce-
do in Deū
delinquen-
ti. pa. 250

cerint fideles Hebraei; & intelliges illos Dei seruos quoniam nos cupimus inueniri participes, restitisse Antiochi sanguisugio sicut & nos Deo propitio, tibi resistemus. Mathathias

1. Machab. amici eius destruxerunt aras Gentilium, & circumcir-
2. runt pueros incircumcisos; & persecuti sunt filios syriae, & obtinuerunt legem de manibus gentium & regis, & non dederunt cornu, aut aliquid cesserunt regi rectori. Quique haec egerunt facti sunt Deo amici. Non par est ut nos tibi adulando efficiamur Deo inimici.

Ibid. pag. Et mox ubi verba Mathathiae iam expiraturus recessisset, ex iis infert: Quando itaque vides (Comites)

258. hunc sanctum virum talia praecepta dedisse filiis suis: & mandasse fieri quae etiam fecerat ipse: quum doceat fieri

Episcopalis constantia triarchas, & prophetas, & cunctos iustos Deo placere

quid nos tu tenebrosè ne tibi contumaces videamur tuas facere? An cessissemus serui Dei viri tibi mortui filii diaboli, quum cernas istum Mathathiam dicere ad filios

Et ita cogitare per generationem & generationem quia omnes qui sperant in Deum, non infirmantur: & à verbis viri peccatoris (regis Antiochi)

timueritis, quia gloria eius stercus & vermis est. die extollitur & cras non inuenietur. Ne tibi imitari videamur, tibi pareamus Dei donum desitienti, tibi quum die sis, & cras eris stercus & vermis? Atque hoc in

singulas historiae partes percuttendo, ex aetate & circulatim notat quid Christiani sub iure contra tyrannicam regem facere debeant, & grauius ipsius

Imperatorem Arianum admonet, vt ex hac scriptura diuina Machabeorum, cognoscat quid filii Mathathiae istius religiosissimi fecerunt, & virum timuerunt

carnificis eius manum aut exercitum, & non domum eius causam contra regem pro sua virili exererint, quam

Ibid. pag. causam cum tam animosè contra tyrannum illum propugnauerint, An nos (inquit) quos DEVS pres-

275. dixerat ore prophetae futuros pastores, gregis sui dixerat

276. 3. 1. 1. dicit

labo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos cum disciplina, tacere decuerat, ne tibi rapido lupo ad mactandas
 Dei oves venienti videremur insolentes? Nos Christi militib.
 dicere congruum putasti, Nolite arma sumere contra Con-
 stantium diaboli satellitem, nolite resistere templo omnium
 sanctorum, magis aut facite quacumq; fieri praeceperit? Qua
 est haec nostra contumacia, si officium a Deo delegatum nra-
 mur implere? Scripturae ergo divinae iubent subditos
 resistere principib. suis haereticis, & ad haeresim sub-
 ditos vi pertrahentibus, & si interpretes desideramus
 quaquam in historiis clarissimis quid opus est inter-
 prete sic interpretati sunt antiqui patres. Sic fecerunt,
 Mathathia narrante, prophetae: nominatim Elias &
 Eliseus, de quorum altero dicitur, *derexisti reges ad perni-
 cium & facile confregisti potentiam ipsorum*: de altero,
*In diebus suis non pertinuit principem, & potentia nemo uti-
 tu illum.* Hoc est Christianorum officium, haec fides,
 nec quicquam est stupidius quam hanc perduellio-
 nem vocare: cumq; rex a pastore mutatus sit in lu-
 pum, a rege in tyrannum, a iudice in carnificem, ex
 Constantino & Theodosio in Mahometem & An-
 tiochum, semper tamen requirere ut subditus ma-
 neat ovis, ut carnifici pareat tanquam regi, ut tribu-
 ta, & arma, omniaque vitae officia conceda principi
 Christiano ad Ecclesiae Catholicae defensionem, con-
 ferat & impendat regi haeretico eadem vertenti ad
 eiusdem Ecclesiae vastationem.

Nota.
Ecclesiast.
2. 6.
Ibi. v. 13.

Et hoc loco refellenda est putida quorundam
 Atheorum obiectio non sua vi & scripturis diuinis,
 sed successibus & eventis res istas ponderantium:
 qui quod subditi aliquando contra principes pro
 fide consurgentes principum potentia superantur,
 principum iustam, subditorum autem iniustam &
 impiam esse causam concludunt. Ita nimirum pro-
 pheta Henr. VIII. suos Aulicos declamasse memorat illu-
 strissi-

*Obiectio po-
 litico um
 ex rerum
 eventu.*

Polus de
primatu
li. 1.

strissimus Cardinalis Polus, quia videlicet postea
thema & excommunicationem, nihil mali inci-
rat regno, quia terra Angliæ solita fecunditate
ges & herbas fundebat, rexque ut antea res almas
habebat prosperas & ad suam voluntatem fluens
subditis qui contra eum arma capiebant debiles
nihil ergo iuxta hos Theologos valebat inter
Pontificis, imperiumque eius coram Deo non
minus quam antea iustum fuit & legitimū. Hoc
non dubium est veteres Idololatrias disputasse.
Antiochus contra Machabæos potuerat ducere
qui omnes & singuli, Iudas Machabæus, Ionathas
Simon, Ioannes, & Eleazarus vel in bello per
ab hostibus, vel in pace per insidias à proditoribus
occisi sunt. & hoc clypeo Arianismum suum pro-
tegebat Imperator Constantius. Sed optime respo-
det doctissimus Episcopus, *Saulem fuisse quidem re-
batum, & tamen diu regnasse post reprobationem. Non
ergo Constanti, nisi recte credere nunquam profecto huius-
modi imperarem: si essem hæreticus, iam Deus mihi abstulisset
regnum.* Notissima est historia Saulis, contra quem
propheta Samuel illam seueram Dei sententiam
protulit, *proiecisti sermonem domini, & proiecit te de
trono: ne sis rex super Israel.* Nec modò propheta regnum
Saul abstrulit, sed etiã tradidit alteri. Domino enim
præcipiente, Dauid in regem Hæbreorum ab eo
propheta vnctus est. Nec tamen statim Saul regnum
dominatu excidit, diuque postea non leuiter Dauid
verum regem afflixit. *Quum itaque etiam postquam
in regem vnctus gloriosus filius Iesse, Saul tamen diu reg-
nerit, & persequendi etiam eum, quem sibi Deus in prophe-
& regem elegit habuerit potestatem, iniustus iustus, &
odibilis eum quem diligebat Deus, ex hoc pulchrè &
lutariter hortatur Constantium, & in eo omnes
Christiani nominis reges per hæresim à Christo ar-*

Responsio
Christiano.
1476.

Lucif. li. de
regib. Apo-
stolica Jo.
160. &
163.

1. Reg. 15.
26. 28.

Ibi ca. 16.

Lucif. ubi
sup.

lienos, non vt glorientur quòd viuant, non vt arguten-
 tur se propterea iustos esse reges; sed potius vt confi-
 dereat, cur cōtra Saulem indignatus sit dominus. primò
 quia prædæ ab Amalachitis bello acquisitæ partem
 aliquam, oues, armenta, arietes seruarat, & non to-
 tum funditus destruxerat iuxta præceptum domini:
 secundò quia Dauidem iniuste vexabat.

1. Reg. 13

Ex quo ita suadet reges istos ratiocinari & collige-
 re, Quanto magis indignationis diuine vindicta procedat
 necesse est circa eos, quorum aded ingentia sunt scelera vt in
 sacrilegy veniant reatum! Qui non vt Saul Deum in
 rebus pecuariis, sed in legis & Euangelij summa,
 in sacramentis, in altissimis mysteriis, in fide circa
 Dei hypostasēs, circa Christi incarnationem, circa
 diuinam eius naturam & personam offendunt: qui
 non vnum Dauidem, sed Ecclesiam Catholicam
 & in ea innumeros Dauides, innumera sanctorum
 millia vexant & opprimunt. Quare si Saul iuste re-
 gno in Iudæos amarus est, quanto istius isti priuan-
 tur omni in Christianos principatu? Tolerat ni-
 miram aliquando dominus in regno quem ipse e-
 midenter regno, regnique iure priuauit, vt Oziam,
 in quo lepra inhærens erat realis quædam exautho-
 ratio, tolerat (inquam) vt experiatur an populus
 suam vicem vlcisci velit, quia vt in toto Ecclesiæ re-
 gendæ, in sacramentorum, & cœlestis etiam hære-
 ditatis adipiscendæ negotio, sic in hoc quoque ali-
 quid populo suo agendum relinquit vt ait Chrystos-
 mus, vel vt bonos ad flagrantiorē peccandi zelū
 excitet, vel vt malos seuerius vlciscatur, vel quia
 generaliter peccata populi talem tyrannum sibi re-
 linqui merentur, vel denique propter infinitas alias
 causas diuinæ prouidentiae notas, nobis verò obscu-
 ras: non autem ideo tolerat quòd regis hæretici im-
 perium ei probetur, magis, quàm imperium pira-
 tum

Quare De
 reges iuste
 depositos
 patitur ali
 quando re-
 gnare.

Supra fol.
 609.

Iob. 34. 26

R t tarum

tarum, latronum, sacrilegorum, ipsius etiam Sarracena, quos omnes aliquando dominus in populum suum grassari permittit, ad eos quidem castigatos, ad ipsorum autem sic castigantium terribiliorum damnationem.

Ecquis enim unquam fuit in humana specie Constantino Copronymo immanior? Ecquis

Iob. 1.

P. Amil. li. 2.

Constant.

Manasses

in Annal.

pag. 114

Vide supra

pag. 124.

135. 160

Copronymus quale monstrum.

Suidas.

Paul. Dia-

con. lib. 22.

Zonar. 10.

3. in Con-

stant. Copr.

ramus truculentior? Quem omnes historici Græci & Latini non hominem fuisse dicunt, sed bestiam, monstrum Africanum, Iudeum, Paganum, detestabilem & sanguinarium lupum, ventris & gula mancipium, prestigiatorum, veneficum, animalium mactationibus execrabilibus sacris debitum, in ceno plene degentem, nec cum stercore rescentem, qui sacras è templis imagines abstulit, earumque loco pingi sculpique curavit venenosa equestris ludos: qui canis in morem peruefigans monachos, eos tanquam agnos iugulabat, monasteria velut uentricula latronum euertebat, qui spreta sanctissimi Dei matre Venerem Ethnicè coluit, eique humana hostias obtulit, monachos & monachas ad infandas nuptias coegit, millia Catholicorum in se fecit cum Habdala Saracenum principem pacem fecit ea conditione, ut quemadmodum Constantinus Imperio Romano, sic ille in regno Saraceno Christianos affligeret. Denique quem Anastasius patriarcha iureiurando affirmavit dixisse, Christum non filium Dei sed nudum hominem, ex Maria natum quemadmodum ipse Copronymus ex sua matre Maria natus esset. Hoc monstrum ecquis Christianus non exillimè optimo iure per suos subditos Christianos ab imperio potuisse deiici? quem si Marthabios, aut Paganos, aut priuatus aliquis eorum spiritu prædium occidisset, nemo vir bonus reprehendisset: immo omnes Christiani, vel etiam Pagani alicuius hostis indolis, ut veteres Græci Romanique, illum

ut patet

ut patriæ liberatorem amplissimis præmiis remunerassent? Hunc ergo tyrannum *secundum tyrannidis anno* (neque enim regnum vel Imperium vocant historici) & *Senatus & populus*, atque etiam *legiones deponunt*, & Imperium Artabaldo orthodoxo tradunt. *Urbana quoque Constantinopolis multitudo in magna Ecclesia congressa Constantinum anathemate notavit*, & *Artabaldum laudibus prosequuta est*, hoc eorum factum & *Anastasio patriarcha comprobante*.

Bellum deinceps tyranno indicitur, qui victus in fugam conicitur. Atque ita Artabaldus multo maiori consensu Imperator ab omnibus constituitur. Tum vero pietas restituitur, *pristinamque status Ecclesiarum puritatem recuperare*, omniaque & in rebus, & in Ecclesia ad antiquam maiestatem reuocari incipiunt, adeo ut vix fortasse ab annis quingentis ullus fuerit Græcus Imperator propter summum omnium ordinum in eligendo consensum iustior, vel propter rectam gubernationem, & reip. & Ecclesie salutarior. Et tamen nondum exactis duob. Imperij annis, à Copronymo rursus bello petitur, & de ciuitate eiicitur, tandemq. comprehenditur, & post effossos oculos imperio exiit, quod Cōstantinus iterū arripuit, nequaquā morib. in melius mutatis, sed potius factus longè quā prius efferaior. Namq. pro Ecclesie Græcæ in Ecclesiasticis capite se gessit, & quod voluit in religione decreuit, & ex sanctissimis monachis multos damnauit, & patriarcha vetere contumeliosissimè habito expulsoque, parasitū quendam suum Nicetam ei suffecit, *eunuchum non ingenuum, sed seruili genere ortum, in muliebrib. ministerijs educatum, qui nihil aliud sciret quàm edere & bibere*. Quemadmodum verò in proceres seuerit, fando explicari non potest. Et tamen hæc b. illi plusquam 30. annos in Imperio vixit, adeo

Zonar. ubi supra.

Glycas in annal. par. 4. pu. 396. Const. Max. uass. in annal. pag. 115.

Zonar. Glycas.



vt historici arcanam Dei prouidentiam oblitus
 res exclament, *Quanam hac vicissitudo est? dicitur
 vita rota! Titus, Artabasilus, Imperij campum imperato-
 do, & aequo citius abripitur. & imperissimus iste, huius
 generis excrementum, longam nactus est vitam (Obli-
 uitam inaequalem) imperijque fructum ad satietatem
 decerpit. Quod si quis vulgarem populi Graeciae
 hac aetate corruptionem, leuitatem, contemp-
 tum, ebriositatem, atrox Occidentalis Ecclesiae
 odium, schisma inueteratum, & istiusmodi mala
 perpendat: non ita valde admirabitur iudicium
 Dei, quod sublato viro bono, hanc Chimeram
 dominari sustinuerit. Ex hoc autem facto Senat-
 us Constantinopolitani, & melioris partis ciuium
 legionum, & Patriarchae, & Cleri, illud vnica
 legimus quid fides Christiana circa subditorum
 obedientiam doceat: neque peccatum esse armis
 reticum Caesarem ex suo throno fugare: neque
 vt illud recte fiat, ex euentu faciendum esse
 iudicium. Et probabile quidem est si isti quo zelus
 perunt, eodem progressi fuissent, nec ita facile
 te Copronymo urbem paucis triremibus obedi-
 dedissent, nunquam fuisse sub crudelissimum
 tyranni iugum redituros.*

11. 11. Longè certè felicius antiquiores Graeci
 peratorem suum Basiliscum ante annos mille
 haeresi per Imperium seminanda retraxerunt.
 enim quum sub praetextu sanctius gubernandi
 perium Zenone Imperatore altero Sardanap-
 inde expulso consequutus fuisset: deinceps veteri-
 sis vbiq; *Circularibus literis* omnes Episcopos
 garet ad damnandum *Concilium Chalcedonense*
 mum Leonis Pontificis Romani, qui libellus fuit
 Catholicae fidei contra Eutichem, Nestorium
 antecedentes haereticos continebat; multique Ep-

An. 492.

Sacerdotes
 et monachi
 resistunt
 haereticis
 Imperatori

copi metu adducti Basiliscii literis subscriberent. A-
 cacijs patriarcha Constantinopolis populum & ordine mo-
 nachorum contra Basiliscum utpote hæreticum concitavit,
 & cum illis strenuè tyranno resistit: & Daniel celebratiffi-
 mus pietatis nomine monachus, plebis & monacho-
 rum multitudine assumpta ad tyrannum accessit, & propa-
 lam liberè apud eum de rectis dogmatibus disseruit; adeo ut
 Basiliscus motum plebis veritus, ab Acacio & Daniele coa-
 ctus, Circulares priores literas abnegavit, & contrariam
 constitutionem per Imperium Romanum emisit
 qua omnes ad Catholicam fidem astringebantur.
 Ex priori tamen facto, quòd videlicet aduersus fidem
 bellum gereret, omnium odium ita Imperator incur-
 rit (maximè quia simulatè hoc posterius edictum
 priori contrarium euulgasse putabatur, nec sua
 sponte sed quasi inuitus, quia Episcopi & monachi
 per vim expresserant) ut Senarus populusque Ze-
 none reuocato Imperium Basilisco abrogarit, eli-
 gentes potius nequissimo regi subesse Catholico,
 quàm hæretico licet in speciem multo moderatio-
 ni: quàmquam nulla est hæresis, quæ non immensam
 flagitiorum Lernam secum trahat, etsi ea ad tem-
 pus aliquod occultentur.

Non admodum dissimilis est historia Anastasij
 Imperatoris qui proximè Zenoni successit, qui cer-
 tis conditionibus chirographo suo firmatis est ad-
 missus à patriarcha ut superius exposuimus. Quòq.
 Manichæis & Arianis faueter, eorumq. sectas pro-
 pagare studeret, non posset autem quod volebat ef-
 ficere propter chirographum quo se ad fidei catho-
 licæ solius defensionem obligauerat, multis modis
 illud à patriarcha recuperare est adnixus. Quum
 vero ille constanter aduersaretur foriterque resiste-
 ret, fidei prodicionem existimans si chirographum redde-
 ret; & Imperator postquam omnia tentasset nihil

Niceph. li. 16. ca. 6.

Euag. li. 3. ca. 7.

Ibi. ca. 2.

Supra pa. 61.

Niceph. li. 16. ca. 6.

Rt 3 tamen

tamen obtineret: ad extremum hæreticorum synodum collecta, per vim patriarcham cogere voluit ut Chalcedonensem synodum damnaret. At populus rectus electus hac ætate (qua D. Chrylſtomus, & deinceps eius discipulus Proclus Ecclesiam Constantinensibus gubernarunt) quibus in rebus Imperatoris potestas versaretur, quando, & quousque ei obedire esset, & quando ei resistendū, quū cum viceret Concilio Chalcedonensi, hoc est Catholice orbis terrarū fidei esse aduersarium, cuius in Imperiū aditus perperpetuum se custodem fore iurauerat, magno tumultu ad locum ubi Imperator cum suis hæreticis synodum agebat accurrit, et aperte exclamavit: *Martyrii tempus adest, nemo longius à pastore abstinet: & inuitia in Imperatorem coniecit, Manichæum qui Imperator dignus esset vocans. Nequit enim vir pius Imperatorem uereri, quum ipsa religionis pietas in discrimen adducatur: personas non respicit, nec potentia subnixos formidat. hæc contra Imperatorem non à vili & infima vulgæ gestæ sunt, sed piorum cœtu, qui tantam Imperatoris improbitatem ferre non poterant. Ita nimium instituti erant, ut hoc tempore, & hac in re, Episcopo potius quàm Imperatori adhærescendum haberent, qui etiam si propterea eos perduelles vocaret, & tanquam perduelles suis satellitibus trucidari obiceret, illi tamen non dubitabant hanc perditionem esse verum Martyrium, seque æterna in celis fœlicitate à Deo coronandos, si in defensione dei Episcopum suum contra Imperatorem hæreticum vel corporibus suis stiparent: vniquē hoc habebant firmum & certum axioma, Imperatorem quæ hæreticum Imperio indignum, & per hæresim amittentius, quod vel populi vel Senatus Christiani subrogatio ei conferre solet. Et Imperator hac populi constantia fractus, quum fugā meditaretur & capiti suo*

Ibid.

*Const. Manichæum an-
nat. pa. 80.*

*Heroica
Græcorum
constantia
contra Im-
peratorem
hæreticū*

tueret, vtilissimum suis rationib. consilium cepit patriarcham adeundi eumque placandi: ad quem vt accessit, patriarcha eum multa cum libertate velut Ecclesia hostem obiurgauit. Anastasius autem non Imperatoriam iactauit maiestatem, aut contra eum vt rebellem, & rebellionis auctorem vociferatus est, sed in verbis eius acquieuit, magnaque cum humilitate ei se submitit: & vt alius eruditus rerum Græcarum scriptor ait, videns vniuersam multitudinem imperium ipsius detrectare, volens nolens de impetu audaciaque remisit, non aliter atque duri oris equus anhelans præ ferocia, si ferrum durius sentiat, perdomatur. Sed redit paulò post ad ingenium Anastasius, & hæresiar-
cham Seu-
rum in throno Antiocheno collocans, per eum saltem Hierosolymis & toti Palestinæ hæresim suam inferre studebat, quod Constantinopoli & in Græcia efficere non poterat. Erat tunc in Palestina monachorum sanctissimorum immensa & pe-
nè innumerabilis multitudo, quorum virtutes propter co-
piam & amplitudinem rerum, opere peculiari maxime in-
digent (inquiunt Ecclesiastici scriptores) manifesta-
tamen sunt, & linguis Ecclesijsque omnibus celebrantur: quorù præfecti erant egregia illa luminaria Theodisius magnus, et Theodosius cœnobiorù princeps, & Sabbas monachus. Et hos potissimum adorti sunt Imperatoris ministri, omnia se confecturos rati, si eos ad dam-
nandum Concilium Chalcedonense possent attra-
here. At illi cum toto suo grege, non magis à Con-
ciliis illis quatuor, quam à quatuor Euâgelis disce-
dere posse responderunt, datiq; ad Imperatorem literis
certamen se de ys vsque ad sanguinem subituros, neq; se vlla
modo à patrum traditionibus deflexuros confirmarunt. De-
inde circumquaq; ciuitates peragrâtes, velut inuicti belli du-
ces omnibus facti sunt omnia, homines confirmantes ad for-
titudinem cohortantes, secordiam excutientes hereticorum

Const. Ma-
nass. ubi
supra pag.
21.

Hieroph. l. 2.
16. ca. 22.

Ibid.

Ry 4 infamiam



insaniam praeuenientes. Quo offensus Imperator
 Hierosolymam magnam armatorum manum, qui
 Episcopos sibi non assentientes per vim e sedibus
 suis pellerent. Quumq. Episcopus Hierosolymita-
 nus in magnis esset angustiis, admiranda illi vim Salu-
 & Theodosius monachis rursus collectis, eos qui a Seueri
 Imperatore missi fuerant facto tumultu ex Ecclesia eiecit
 & mox coram Imperatoris satellitibus & ducibus
 magna fiducia eos qui cum Seuero communionem habebant
 anathemati subiecerunt, potissimum ipsi Imperatoris
 anathema dicentes, qui in Seueri defensione & com-
 munionem erat princeps. Quod Imperator molli-
 sine ferens Olympium quendam cum exercitu aduersus
 eos misit, qui imperata pro Imperiali potestate negotia
 canonibus ecclesiasticis exequeretur. Is autem Hierosolymam
 adueniens, diuinum Elia patriarcham sede Episcopatus
 eiecit, & Ioannem quendam Seuero communicantem
 eius thronum surrogauit. Caeterum ut primum praefectus
 ille discesserat, collocutus cum patriarcha Ioanne Salu-
 illi suasi ut a Seueri communicatione abstineret & Synodus
 Chalcedonensem cum sanguinis sui effundendi periculo
 tur: quod etiam ille patrum admonitiones reuerenter suscipiens
 & pacta conuenta cum Olympio imita negligens, fecit. Quae
 egregia historia Christianae fortitudinis plena, multa
 nos praecleara docet; primum, neminem ita esse
 mundi negotiis abstractum (nam quid erat his mo-
 nachis rerum terrenarum magis negligens, qui pro
 causa fidei a solitudine in societatem civilem de-
 pertam palaestram non debeat procedere. Deinde,
 pro fide omnes Christianos infimae conditionis debere
 maximos Imperatores anathemati deuouere: cum
 monachos, hoc est viros sanctissimos posse regi be-
 retico vim pro fide inferenti viribus quoque resistere
 ubi probabilis est defensionis oportunitas: praeterea
 pro Concilio generali pugnandum esse ad sanguinem
 usque

Hi. ca. 34.

Fortitudo
monachorum

Multa in
hac historia
singularia.

3.

4.

vsque effusionem : & qui in hoc sanctissimo certamine cum Catholicis episcopis contra regem hæreticum moriuntur, eos esse martyres, & vt modò contra Imperatorem tota ciuitatis Constantinopolitana multitudo conclamauit, *hoc esse tempus martyrij*, vbi qui occiduntur, à Deo non vt perduelles patriæ vel regis, pœnam, sed vt martyres Christi præmia in cælo æterna reportabunt. Denique quando principis impietate, religionis & Ecclesiæ status in periculum vocatur, tum demum piorum hominũ, ipsorumque sacerdotum, & monachorum esse, *peragere ciuitates*, circuire prouincias, monere, hortari, sollicitare, hominesque Christianos ad hanc virilem quæ in factis, & non verbis tantum posita est constantiam atque fortitudinem incendere, & prædicare pacta conuenta cum regibus contra fidem Catholicam facta, nullius esse roboris nec ab homine Christiano debere seruari. Illud enim accurate historia inculcat, qui ista fecerunt, docuerunt, prædicarunt, fuisse homines propter pietatem admirandam *egregia luminaria*, viros toto terrarum orbe celeberrimos; quæ item omnia ex huius historie conclusione magis elucescunt. Nam Imperator tanquam alter Antiochus quòd ita à Ioanne patriarcha se lusum videret valde indignatus, Olympio duci præfecturam ademit, & Anastasium cum nouis copijs contra illos Machabæos misit, qui repente Hierosolimam aduolans, Patriarcham cepit & coniecit in carcerem, vehementissimè deinceps *vrgens vt Chalcedonensem synodum damnaret & cum se-
næro communicaret.* cuius rei vbi Patriarcha callidè aliquam ei spem fecisset, proptereaque è carcere emissus esset, iam liber clam *monachorum cohortem in templum D. Stephani, vt præfractam hæreticorum temeritatem frangeret, conuocauit* Deinde statuto die, Imperatoris

5.

6.

Niceph.
lib. 16. cap.
34.

R r s

*Monachi
in obsequio
auti impe-
ratorii.*

peratoris præfectus Anastasius ingreditur, viri-
nimur præfente ac teste Synodus Chalcedon-
sis damnaretur, cuius rei ex verbis Patriarcha ma-
gnam spem conceperat. Patriarcha Ioannes impu-
stum ascendit, ex utraque parte Sabba & Theodorus
pugnatorum Dei manibus suffultus, ibique fiducia
quum dux auidè cuperet audire anathema con-
patres illos pro suo Imperatore & episcopo Sciri
ille contra. Si quis (inquit) Euticheti, & Nestorii, &
uero assentitur, anathema: Si quis quatuor vniuersales
Synodorum dogmata non sequatur, anathema. Quod
audiens, multitudinis imperum metuens, fuga
sua consuluit: & quod ita euasit, præclarè facti
actum putauit. Nec episcopi patresque hoc tan-
feditiosum excusarunt, aut quasi culpa admitti-
in tumultum & furorem popularem retulerunt
longè secus, quum scirent Imperatorem ea re audire
rum fore, epistolam libertatis plenam ad eum dedere, in
tum illum arguebat, tum dogmatis sui certitudinem
bant. Scire se quidem à 318. patribus Niceæ promulgatam
fidem rectam. Tenacissime autem alia tria Concilia, et
prioris illius vestigijs inniterentur retenturos, neque se
quam, etsi duri aliquid accidat, de primis traditombus
missuros; sed eas ad sanguinem vsque si opus sit deservire
esse. Et ita patriarcha Ioannes, & sancti illi viri sanctissimi
aliàs quidem sancti, sed in hoc sanctissimi, quum
quum scirent quid Deo, quid Cæsari deberent, in
iurisdictione Imperatoria desinere & terminare
nullum capitis periculum recusarunt, ut fidem Ca-
tholicam ab hæreticorum contagione & commu-
nitione seruari illæsam. Atque hic demum quum
homines suas partes viriliter egissent, & tamè An-
stasius in sua hæresi pertinax, vel fraudibus vel
bus eos fracturus videretur, Deus seruis suis prote-
gèdis suam extraordinariâ opem interposuit. Vnde

*Defendunt
solum
suum.*

*Mirabilis
interitus
Anastasi
Imperato-
ris.*

enim circa hæc tempora Imperator per quietem virum aspectu terribili, qui chartam manibus tenebat, eaque aperta & Anastasij nomine inuento, eum seuerè huiusmodi verbis compellauit. *Deus Ezechia pietate inspecta vitam ei longiorem concessit, promissa insuper ex hostibus liberatione: tuam verò nequitiam & profanitatem abominatus, vita tua tempus præcidit, & annos quatuordecim sustulit. Hisque dictis, illos XIII. annos ex charta deleuit. Moxque Imperator exitiali plaga percussus & fulmine tactus viuendi finem fecit. Neque sane dubito quin si Græci contra Copronymum pari constantia dimicassent, Deus etiã simili modo opẽ eis tulisset, & parem benedictionem eorum laboribus tribuisset. Alia quædam & non minus luculenta Ecclesiæ Græcæ exempla ad Christianorum hominum officium demonstrandum afferri possent, si exemplorum multitudine quæstio esset decidenda. Sed quia vt Christus & Christi veritas eadem est hodie, & in secula, sic Christianorum ad eandem veritatem eadem est obligatio, nec Christiani qui sequuti sunt Imperatores alio iure regnarunt quàm Basiliscus, Zeno, Anastasius: nec Christiani vel laici, vel monachi & Ecclesiastici magis eis lege diuina subiecti fuerunt quàm isti magni Constantinopolis & Hierosolymorum patriarchæ, illique alij admirandi monachi: ex vno vel altero illustri exemplo non minus quàm ex mille alijs coaceruatis, Christianorum & regum & subditorum officium mutuam colligitur: etsi plurimæ sæpe numero interueniãt circumstantiæ, cur nec reges nec subditi eodẽ modo officia sua exequantur.*

12 Ergo quæ fuerit Ecclesiæ Græcæ fides de subditorum obedientia principibus hæreticis & Apostatis non præstada, his exemplis satis dilucidè patet. De fide autem & praxi Ecclesiæ Latinæ nõ opus est quic-

Constant.
Manass.
in Annal.
pag. 81.

Heb. 13. 8.

12.

quicquam adijcere, quando eam satis abunde
 reā explicauimus, rebusque gestis Christianorum
 Saxoniae, & Germaniae, & Hispaniae, & Galliae,
 Angliae, & Scotiae, & Poloniae non minus clare
 monstrauiamus. Et si quis alia exempla desideret,
 particularibus regnorum historijs multa plura
 periet; quale est (vt his Graecis Caesaribus
 Germanum adijciam) illud Othonis quarti
 in Imperatorem uictus & iuratus, statim frustra
 mento tyrannice imperaret, & manifeste hostem
 ri & Ecclesiae gereret, principes Alemanni Noer-
 bergae conuenientes, orarunt pontificem Inno-
 centium III. vt eis ab obedientia Othonis liberati
 dericus Henrici Imperatoris defuncti filius Im-
 perator confirmaretur. Quod vbi pontifex fecisset,
 Othonis excommunicatio per Germaniam
 diulgata, plurimique principes ab Othonis obedi-
 entia se subtraherent, illi reliquos fautores
 Norimbergae congregans, humili & demissa
 tione vltus vt eos sibi conciliaret & a pontifice
 siungeret. Ad vos (inquit) a principes respiciat
 nunci quaevis dispositio, vestra interest eminus cuncta
 cere. Vestri etenim iuris esse fatemur non Romani
 Imperatorem creare, & destituere similiter. Igitur
 pices & regni cordati proceres ius vestrum defendite.
 verbis vnā sibi plagam inferens, vt aliam repelle-
 ret, & dum pontificium iudicium declinat, priu-
 pum sententiam (quorum tamen auctoritas a pon-
 tifice fluxit) efficacem ad se Imperio priuandam
 confessus, qui mox pontificis sententiam exequi
 sunt. Quāquam enim ad tempus quidam Othone
 adhærerent, postea tamen re maturius deliberati
 Fredericum abiurato Othone in regem Germanorum
 nimitur eligunt, solennes ad illum cum erectionis
 nuncios mittentes. Qui mox in Germaniam veniens
 ab em-

Suprà cap.
 6. §. 9. 10.
 Naucler.
 generat.
 41. pag.
 274. 275.
 Langius in
 chronico
 Cuixensi.
 an. 1209.
 Erfordis
 de Langis
 eius Tu-
 ringia cap.
 34.

Germani
 recedunt ab
 obedientia
 Imperat.
 excommu-
 nicati.

Naucler.
 vbi supra
 pag. 276.

Suprà fol.
 330.

Ibid. pag.
 277. 278.
 279.

lib omnibus vt rex honorificè suscipitur. Et Orho videns se
 lib omnibus desolatam, cum paucis admodum stipendiarijs
 multibus profugit. Et si Wencefflaus Caroli III. Imperatoris
 filius Imperator ab omnibus principibus electus, & à pontifice probatus, etiam postquam
 annos triginta & amplius Imperio præfuisset, quod
 eodem gubernando fuisset inutilis, & duas tantum artes sci-
 ret, vnam volaptatibus se dedere, alteram cumulandis pecu-
 nijs intendere, ab iisdem principibus, pontifice Romano
 admodum approbante Imperio deiectus est, quæ eadem ratio
 contra quosdam Galliæ reges valuit Childericum, Carolum
 Crassum, & Simplicem, quanto magis proceres principesque
 Germanici, & Gallici, & alterius cuiuscunque regni regem non
 tantum voluptarium, avarum, inutilem, sed etiam crudelem,
 sanguinarium, tyrannum, hæreticum, Apostatam, omnibus
 flagitijs oppletum, reipub. non modo inutilem, sed etiam
 facem & flammam & internecinam pestem, possunt & debet
 à reipub. gubernaculis deicere?

Cuius tamen exemplum propriè nullum in Gallia (quod sciam)
 à primis Gallicani regni incunabulis, saltem post Hugonem
 Capetum ad hanc usque memoriam occurrit. Nullus enim hæreticus,
 nullus Apostata, nullus propter hæresim excommunicatus
 in augustissimo Francorum folio hæctenus confedit. Philippus
 quidem primus propter adulterinas nuptias anathemate notatus,
 quæquam foedissimum crimen admisit, longè tamen ab hæresis
 horrenda contagione abfuit. Et excommunicatio Philippi
 Pulchri à Bonifacio VIII. & Ludouici XII. à Iulio II. propter
 causas merè ciuiles, longè alterius est generis, largioremque
 præbet & regibus & subditis sese defendendi campum.
 Si tamen rex aliquis hæresi corruptus ad aliquam partem horam
 in-

Naucier generat. 17. Murus in Chronici Germanio lib. 26. an. 1400.

Nullus unquam hæreticus rex Gallia.

manium sacrilegiorum prorupisset, quæ Calanis principibus sunt vltitata & familiaria, illoque propterea excommunicatus fuisset; quid admodum Franci nobiles fecissent, ex Ludouici Lorræ historia potest intelligi. Bellum gerebat inter Theobaldum Comitem Blesensem, oppidumque Victoriacum, quod erat Blesensis ditioris primum diripuit, & profana sacraque loca sine discrimine incendit: vbi in eade principe ad mille quingentesque res impuberesque promissæ combustæ, qui sanctæ salutem sperantes, ad altarium tutelam supplices conuerant. Mox se colligens rex ingenti dolore amœtore propter illud facinus afflictabatur, ut fuerit viros sanctissimos, & in hīs D. Bernardum eum consolandum accersere. Interim Theobaldus domesticæ doloris memor regem apud pro-

Paul. A-
milius l. 5
in Ludouic.
Iunioris re-
ge 40.
M. du
Hailan. li.
8. anno
1146.

Emil. ibi.

Hofst. alta-
rium &
Ecclesiast.
non potest
esse rex
Francorū.

Francos inculat, eum primum cum hominibus uulgis, deinde in templo numenque tela & impu-
vertisse. Illum regem inustum Francis habendum non
cui Deus Opt. Max. sanctus non sit. Regni iure decesserit
deri quum se suosque in aras ararumque supplices arant
quas tanta religione superiores reges condendas curant
conditasque locupletarint, ac inuolatas inspolatasque
voluerint. Qui sexui et atique imbelli omnem eximiam
manitatem non pepercerit, eum nefas esse apud Fran-
nomen regium obtinere. Se illius dicto audientem non
rum cuius animus cæcus præcepitque feratur quique
cendens magis sit quam regere alios didicerit. Theobaldus
hæc orante, proceres reliqui non vociferantur
bellum & proditorem, qui contra regiam maie-
stem ita declamet, sed potius Comitis approbat
orationem, & detestantur regem, qui contra regii
officium & decorem tam longè ultra humanitatis
fines excesserat, facinusque putabant adeo detestabi-
bile, ut iuste propterea rex alioqui non malus miteret.

ite regia potuerit amoueri, defectioque futura vi-
 labatur, continuoque exort a fuisse, si aliquis se regis emu-
 um & caput rei contra eum gerende obtulisset. Quid illi
 fecissent si rex manifestè hæresim præ se tulisset?
 si procerum odio & indignationi supremi pastoris
 anathema fuisset adiunctum? si rex non vnum mo-
 do templum & oppidum, sed templorum multa
 millia vt iste Hugonotarum princeps & protector in his
 suis rebellionibus incendiasset? Verùm pacificandis
 rebus Gallicanis interponunt operam suam Ro-
 manus pontifex, & sanctissimus ille D. Bernardus,
 non quasi proceres hoc facto maiestatis læsæ rei
 fuissent, aut etiam contra officium vel Christiano-
 rum vel subditorum aliquo modo deliquissent; sed
 tantummodo petunt à nobilitate Francorum, vt
 Christiana charitate regis offensam condonent, &
 quam in regem iustam conceperant iram, eam con-
 tra Saracenos effundant ipsique cum rege contra
 infideles in sacram militiam proficiscantur: nomi-
 natim Theobaldum D. Bernardus orauit monuitque,
 vt Francia communi matri memoriam simultatum condo-
 naret. Si vocem mittere posset, petituram eam vt domi pace
 stabilita, cades, cruor, omnia bellorum exempla in Christi
 hostes verterentur. Reges vt homines natos peccare graui-
 ter posse, ac in homines superosque multa impiè nesarièque
 adere facinora: quem verò penitentia scelerum subeat, qui
 pietate corrigere mala facta contendat, eum velut tabulas
 naufragij sui colligentem, non obruendum quum emergat
 fluctibus, sed subleuandum esse. Ita agente D. Bernardo,
 rex proceresque obliuionem præteritorum sanxe-
 re. Quòd si rex ille Hugonotarum principum more
 scelera sua ac sacrilegia prædicasset, si ea à proceri-
 bus approbari tãquam iuste facta flagitasset, nunquam
 eum D. Bernardus in mediopelago naufragum ma-
 rinisque fluctibus obrutū eripuisset, neque eripere
 potuis-

Emilina
ubi supra

Suprà fol.
422. 567.

D. Bernar-
dus recon-
ciliat pro-
ceres regis.

Ibid.

Suprà fol.
419.

potuisset, qui sola pœnitentia & sacrilegij cœdine tanquam naufragij tabulis nitentem & euntem adiuuit, & præsentis submersionis perdenariæ diadematis periculo liberatum pristina maiestatis securitati restituit.

13. 13 Denique non solum permitti subditis contra reges hæreticos arma sumant, sed etiam inabile esse, idque subditorum Christianorum requirere: ne per singula Orientis & Occidentis magna particularim vagando prolixior sim, hoc generale omnium totius mundi regnorum ius esse, Deum in antiquissimo populi sui regno expresse dedit.

1. Reg. 16.

2. Reg. 24.

5. 7.

3. Reg. 1.

Iudæorum attribuerat, Deus ipse hoc æternæ re semel atque iterum pollicitus fuerat. Populi pontifices, exercitus, omnes hominum ordines regnum illud consenserat. Et tamen quia semper in omnibus eiusmodi fidelium hominum respicitur implicite & abscondite latet illa conditio, magis a vero Dei supremi regis cultu fideque ad falsas religiones ad idola & hæreses ne deflectant, Salomon autem hanc conditionem non seruauit, sed ab eis tribus seductus eorum Idolis seruiuit, nec à Deo semel atque iterum monitus respuit: ideo dicitur

Matth.

17. 17.

3. Reg. 11.

11.

illud iudicium tanquam Ecclesiasticum anathematis vel excommunicationem audiuit, *Quia habuisti pactum meum, disrupisti pactum meum, & non custodiisti pactum meum, disrupisti pactum meum, & dabo illud seruo tuo.* Atque hac authoritate Israëliticum regnum à Iudaico distinctum est, longæque maior portio, è duodecim tribuum partibus decem à regno Davidis auulsa, quas recuperandas ubi exercitu collecto expeditionem suscipere uellet Roboam, prohibuit Deus per prophetam dicens ad eum & que cetera remanserat tribum Iuda & Benjamin, Non ad te

1. Reg. 12.

1. 23. 24.

tis neque bellabitur aduersus fratres vestros filios Israel. Re-
 uertatur quisque in domum suam. a me enim factum est
 verbum hoc: Ego sum huius defectionis & noui re-
 gni author & conditor. Et quidem quod seruus
 Salomonis contra regem dominumque suum pro-
 pter haeresim & tyrannidem conspirauit, & ab eius
 obedientia maximam subditorum partem auertit,
 recte factum est, Deoque ipso authore & auspice,
 & ad aeternam subditorum imitationem iubente
 factum est. Quod vero mox impius vir diuinæ erga
 eam bonitatis oblitus, vitulos aureos Dei loco
 adorandos nefarie erexit, ex eoque sempiternam
 Dei maledictionem sibi posterisque suis consciiuit,
 hoc scriptura damnat, hoc Deus est abominatus, &
 hoc in posteritate Ieroboami seuerà vindicauit. Ne-
 que enim (vt ait D. Augustinus) Deus religionis, sed re-
 gni probauit diuisionem. In regni autem, ad eum quem
 diximus modum à rege Iudaico defectione, nullum
 fuit vel regis Israël rebellantis, vel populi eum sequen-
 tis peccatum, vt verissime ait D. Augustinus, & ipse
 Deus sua sententiâ confirmat. Qui etiam nouo
 regi mox per Prophetam pollicetur, *Si ambulaueris in vijs meis custodiens mandata mea & precepta sicut
 fecit Dauid seruus meus, ero tecum, & edificabo tibi domum
 fidem quomodo edificauit Dauid: adeo vt regnum
 Ieroboami non minus fuerit quam Dauidis iustum,
 legitimum, Deoque gratum: eoque exemplo regna
 aliorum subditorum, qui à regibus idololatriis &
 haereticis regna etiam maxime haereditaria aufe-
 runt, iusta sunt, & aequissima, ipsiusque Dei volun-
 tate, lege, & expresso iussu fundantur. Et hoc Dei
 preceptum, atque exemplum imitatae sunt aliae de-
 inceps Iudææ ciuitates & prouinciæ, quæ regibus
 Iudææ haereticis recusarunt parere. Hoc Dei præ-
 ceptum alienauit, Idumæos & Labinos, à subie-
 ctione*

Deus libe-
 rat omnes
 subditos ab
 obedientia
 regis haereticis.

August. de
 ciuit. Dei
 lib. 17.
 cap. 21.

3. Reg. 11.
 v. 28.

Suprà fol. 625. 618. cione Iorami. Hoc alienauit Machabæos & rotam Iudæam à subiectione Antiochi & stirpis Seleuci

Suprà fol. 335.

*Canon Ec-
clesia libe-
rans subdi-
tos ab obe-
dientia re-
gis hære-
ti, funda-
tur clarè
in scriptu-
ra.*

Christianos statuere vt quas Catholici prouinciarum regibus hæreticis adimere possent, eas optimo iure & iustissimo titulo occuparent vt suas. Hanc legem episcopi in Concilijs generalibus immutauerunt. Hac lege Occidentis Imperium à Græcis Imperatoribus fidei Catholicæ inimicis ablatum est. Et optimi fortissimique Francorum reges, Pipinus, Carolus magnus, Ludouicus Pius, totaque Francorum natio, & Itatorum, & Hispanorum, & Occidentis vniuersus pontificesque Romani illi, quorum & virtus & pietas & doctrina erat celebrissima, Græciaque ipsa, Græcique & Imperatorum episcopi, hoc est ipse populi Christiani flos, semper credidit regna hoc iure acquisita fuisse regni iustissima: iusque aliorum quanquam vetustissimum per hæresim tamen amitti, & per sententiam Sacrosanctorum & Ecclesiæ nouis regibus priorum regum subditis accrescere. Nulla enim alia ratione regna Christiana Christianis regibus voluntate Dei adiacentur quàm qua regnum Iudææ mandato Dei Dauidicæ stirpi attributum fuit, nimirum vt leges Dei custodiant, & omnē idololatriam hæresimque deuitent. Eadem est semper Dei voluntas, eadem scripturæ sanctæ autoritas, eadem hæresis contra Deo fœditas, eadem vel maior fidei necessitas, eadem reipub. & populi ius, eadem conditio regum, nihil denique prorsus discriminis, quin vt illorum imperatorum quoque subditorum cōtra reges suos Apostatitas bella sint sancta, prouinciarum defectio licitæ, procerum conspirationes ad regni partem hæretici regis iugo auellendas probatæ, & expressè Dei

Dei voce præcepta, quod quotiescunque sincera mente ad protegendam à lupis, ab apostatis & hæresarchis Dei religionem populumque sit, certissimò dici potest vt olim, à Domino factum est verbū hoc: & qui ista moliuntur quamuis fuerint antea talium regum serui, iam tamen Deus dat istiusmodi seruis tam impiorum dominorum regna, & qui ita contra principes suos bella mouent, & ab eorum obedientia ciuitates prouinciasque auertunt, Si ambulent in vijs domini, & mandata eius, eius fidem, eius cultum, eius Catholicam religionem custodiant, Deus erit cuius, & edificabit eis domū stabilem æternam in cælo & in terra gloriosam, quomodo edificauit Dauidi. Sic enim propheta Dei loquitur, sic Deus ipse pollicetur, & hoc gentis diuinæ vltionis quo hæretici reges per suos subditos castigantur, regnisque suis exuuntur, multò magis Deo placet quam quum idē per alios reges efficitur. Quod in regno illo Dauidico aliorū typo & imagine Deus ipse patefecit. Qui quū Salomoni propter idololatriā duos eodē tēpore hostes suscitaret, alterū Adad Idumaum de semine regio, cuius maiores Idumæā, magnā regni Salomonis partem, regio iure tenuerant, alterū seruū Salomonis Ieroboamū, qui in nullū vinculū ius aliquod regiū poterat obtēdere; Adadus licet à Deo suscitatus, veniēs tamen in hæreditariū suū regnum, illud ad defectionē à Salomone nō potuit impellere, sed in Syriam profugere coactus est. Ieroboamus autem, & Idumæā & longē maiore Iudææ ipsius partem à Salomonis familia ad se pertraxit, regnumq; Israëliticum cōtra illā in ætates multas stabilijit. Voluit nimirū Deus hoc factō perspicuē in oculis fidelium omnium cōstituere ius ad regna fidelium & Christianorū maius esse in religione, quā in successione, maius in vltione heredis quā in cognatione sanguinis, maius & solidius

Bella subditorū contra reges hæreticos Deo maxima improbat. 3. Reg. 11. v. 14. Ioseph. Ant. 119. l. 8. ca. 2.

¶ 2 in eo

in eo qui exterminatis hæreticis illud sibi & Catho-
licæ Ecclesiæ subiungit, quam qui religione negle-
cta & spreta, longam & absolutam seriem ma-
tuorum in tali regno sibi vicissim succedentium po-
test prætexere. Nam hic multæ obscuræ & spiritibus
difficultates solent emergere, illic clarissima est
& Ecclesiæ sententia, *Postquam per summum patri-*
rem vasalli à fidelitate regis hæretici denuntiantur ab-
sti, Catholici terram eius occupent, & eam exterminatis hæ-
reticis sine vlla contradictione possideant, quam veritate
vt pote per se claram & euidentem & ex apertissi-
mis scripturis deductam, Christiani & in Oriente
in Occidente, tum fide tum moribus semper præ-
tulunt. Optimi quidè Græci & sacerdotes & Imperatores
Imperatoribus suis hæreticis armata manu reuol-
nuncquam poterant esse peccatū, aut leuē matrem
crimen: sed contra potius si regibus extra limites
cancellos potestatis suæ ad hæreses, ad schismata
Ecclesiastica peruertenda & perturbanda euagantibus
non ita se opponerēt, hoc ex verbo Dei edoceri
scelus fuisse piaculare, & quo Dei Opt. Max. Ma-
estas gravissimè lædebat. In quam fidem præ-
quemadmodum conspirauerunt omnia Occidentis
regna Christiana, ex his quæ hæctenus percurrunt
satis clarè Christianus lector aduertat.

14.

*Doctrina
Caluina
summa de
Bello à sub-
ditis contra
reges reger-
do.*

*Apolo-
g. Ca-
thol. part.*

2. pa. 151

227.

Vide supr.

fol. 601.

Eademque fuit Protestantium cuiusque sectæ
potissimum Hugonorum Galliarum, à primo Euan-
gelismi huius exortu vsque ad ducis Alençonis mor-
tem, quæ ante paucos annos accidit, generalis per-
fusio. Ab eo autem tempore, propter causas cum
fatuo apertissimas, variarunt Euan gelismi fortitu-
dinem, & deinceps non gladijs sed orationibus per-
gnandum aiunt, & regem Galliarum sine recusatione
adorandum, quisquis est agnationis iure proximus
sue sit hæreticus, siue tyrannus veteribus illis Ho-
logabulo

liogabalo, Valente, Bardane, & Andronico multo sceleratior. Sed quoniam qui huius sunt Euangelij, noui authores, sunt adhuc infantes, & nulla habent opinionis suæ præsidia, præter mera & puerilia mendacia, vetus autem Euangelium Calvinianum semper huc vsque contrariū sensit & suasisit, nouo huic verboso & garrulo & nihil nisi muliebriter rixanti, vel sophisticè potius garrienti & mentienti, antiquius, illud oppono: eiuque doctrinam in certa capita redigam, iisque hanc tractationem concludam & definitiā. Continet enim summā eorum quæ hactenus à me dicta sunt, vel etiam quæ de hoc argumento dici solent. Quid Beza de ijs iudicari, qui contra regē pro Euangelio præliati sunt, & in eo bello vitam amiserunt, supra exposuimus. Decem ferè annis postea ministri Geneuenses vt fratrum Hugonotaru causam toti mundo probarent, alium miserunt librum cuius hæc fuerunt capita.

Caluinista
probat
bella Gallo-
rum contra
regem Xg-
uarr.

Suprà fol.
603.
Comment.
de statu
religionis
in Gallia,
part. 2. lib.
12. à fol.
120. ad
130. ann.
1572.

Regi manifestè tyranno & ad leges euertendas sua potestate abutenti, opponere se debet inferior magistratus ex iuramento præstito obligatus ad eorum salutem & conseruationem qui suæ fidei commissi sunt, armis etiam si opus sit adhibitis. At quemadmodū hoc legitimè fieri potest, quum inferiores omnes iurati sint vt regi obediant, ideòque sine manifesto periurio eius authoritati se se non possunt opponere? Respondent isti,

I
Bellum
subditoru
contra re-
gem.

Ius nature ex quo pendet conseruatio societatis humane, nunquam patitur vt hoc caput in dubium reuocemus. Etiam si nobis firmissima obligatio & pactum cum rege intercedat, tamen illam obligationem abrogari quum essentielles conditiones manifestè violantur propter quas proprie contracta erat obligatio. In populi autē iuramento illa sunt semper tacita aut expressa conditio, se obtēperaturū regibus quādiu iusto & æquo imperio gererent. Est enim hæc certa regula, cum cōditio aliqua tacita aut expressa contractui oppo-

Iuramentu
non semper
obligat sub-
ditum ad
obediētiā.

nitur, illam omnino frangere, qui ei aduersatur: non illa
 verò qui sub conditione obligatus, ab eo qui conditione præ-
 git ipso iure liberatur. Atqui quis regis conditionis
 gni suscepti transgrediētis iudex esse potest? Nem-
 penitus nisi solus Deus si nonis Calvinistis cre-
 mus. Sic enim fuse & copiose declamant, & rati-
 ratiunculis conantur astruere. At respondent re-
 res Calvinistæ hoc esse mendacium impudens.
 enim sempiterna illa Ordinū regni in regem auctoritas
 supra demonstrauius, qua usurpatione, aut longi tempo-
 prescriptione immutari nō potest. Certūq; est nec popu-
 creasse nec recepisse reges, nisi certis conditionibus, quibus
 magistratu summo manifeste violatis consequitur illi
 lorū abdicandorū habere qui habuerat creandorū, id est
 pulū summos magistratus imperio abutentes abdicare
 rio posse. Neq; verò omnes regni partes insolidū regi
 untur, sed tantum superior regni dignitas, cuius tamē
 modo & certis quibusdā cōditionibus inferiores magistra-
 sunt participes, maximè illi, qui Officiarij Coronæ
 nuncupantur, qui nō regis familie domestici, sed regni
 sunt ministri, de quibus statuendū est, illos nō iā a regē
 a regno pendere. Atqui nū vlla suppetūt populi Chri-
 stiani exempla qui hoc iure in reges & Imperatores
 sunt vsi? Maximè.

Apolog.
 Cathol.
 part. 2. §.
 21. 22.
 Suprà fol.
 607.

3
 Rex a po-
 pulo potest
 ex auctori-
 ta.

Officiarij
 Coronæ.

4
 Multi re-
 ges a sub-
 ditū iustē
 deponit.

Hoc siquidem apud omnes nationes celeberrimas
 usurpatum fuisse perspicuum est. Id quidem & in regibus
 mano, & in Republica, & in Imperio ipso seuerè obser-
 tum (quatenus quidem legum instituta vim obtinent)
 ex ipsis rerum Romanarum locupletibus auctoribus patet.
 Apud Danos, Suedos, Scotos, Anglos, Polonos, & ceteros
 exempla probant illam aduersus reges esse populi auctori-
 tem. Idem in Hispania factitari certum est. Et in Imperio
 Electores possunt Imperatores vt eligere, sic abdicare, quā-
 nā opus fuerit, quemadmodū ex Adolphi & Venerabilis
 dicationibus apparet. In Gallia quoque idem perspicue
 patet.

plus constat vsque ad recentia Ludouici vndecimi tempora. At diuinū fortasse ius his omnibus humanis exēplis præiudicat. In scripturis autem sacris nusquam opinor populus tantum sibi arrogauit: vt contra regem tyrannum aliquid istiusmodi tentaret. Imò verò (inquunt veteres illi Caluinismi doctores) hoc totū ex mera ignoratione proficiscitur.

Nam abdicandi regis penes populum Hebraeum extitisse 5 authoritatem, per spicuis exemplis apparet, tum ex Athalia abdicacione atque iustissima cade, qua per sexennium regnum obtinuerat, item ex capitali pœna inflicta Ama-
Suprà fol. 516.624.
 sia Hierosolymitanorum decreto, quam non per seditio-
Scriptura probant re- ges à sub- ditis suis iure valde- pons vel e- tiam occide- posse.
 nem paratam, sed certis seniorum iudicijs statutam fu-
 isse, omnes historie illius circumstantiæ ostendunt. Sic item Lobneses à se regni Iudaici iugum excusserunt, quòd Io-
 ramus purum Dei cultum reliquisset. Estque generalis regula, omnibus ciuibus vindicandam esse communis pa-
 tria libertatem aduersus furores tyrannorum, quam feli-
 cissimo exitu secutus est Mathathias & ipsius liberi, nec debet à populis ovitti nisi peculiare Dei mandatum inter-
 ueniat. Huius ergo totius doctrinæ quæ post E-
 uangelij Caluiniani primam natiuitatem vsque ad annum 1584. Geneuæ & in tota Gallia singulisque Gallicarum congregationum consistorijs valuit & dominata est, summam & epitomen si quis scire de-
 siderat sic accipiat.

Doctrina (inquunt isti) nostra, ed redit summa. 6 Supre-
 mum rerum imperium summaque authoritas ita est penes reges, vt si leges eas quibus præstito iuramento se obstrinxerunt, violant, & tyranni manifesti euadant, nec potiori cõ-
Confer hæc cum nouo- rum Calu- nist. doctri- na. Suprà fol. 601.
 silio locum dent, licet inferiori magistratui, potissimum is qui vocantur Officiarij Coronæ, quique ita sunt summo magistratu inferiores, vt tamē ex patriæ institutis & legibus summi magistratus causa tanquam fræna quedam cõ-
 stituantur, istis licet & sibi, & eis, qui ipsorum fidei cõmen-

Si 4 dati

dati sunt providere, sequet tyranno illi opponere. Nam quod ad Ordinum consentum attinet, ei non tantum licet, sed etiam obligatur, ut se tyranno opponat, resque iniustas & in pristinum statum restituat, ipsumque tyrannum puniat & plectat: estque illa detestabilis vox, regem eiusdem legibus solutum ut à repab. non possit coerceri. Hæc ergo Calvinistarum theologia, quæ futuram imponit meram obediendi necessitatem, quæ prædicat, ita cælitus venire regum designationem vel immanissimis tyrannis & hæreticis sine exceptione parentum fit, est non solum sordida, asserentia, & Gnatonica, sed etiam impia, proditoria & culpæ exitiosissima.

Repugnãtia veterũ & honorũ Calvinistarum.

7

Mutua obligatio regũ & subditorum.

Est enim mutua obligatio & patroni & clientis, quæ etiam felonie crimen, ut subiecti erga Dominum, ita domini erga subiectum. Perit ergo ius domino peccanti, & contra subiectum præter consentum aliquid agenti. Ut autem imperator Imperij primus est clients, ita & rex regni: utriusque ponitur iusur andũ, cui observando profecti tenentur. Quæ ergo dubitet summũ magistratum autoritate sua ad locustorum perniciem tyrannice abutentem, eo ipso iure, sine crimine reum peragi, atque adeo suam illam asubordinationem amittere. Hactenus veteres Calvinistæ: quorum generalis doctrinam nisi in particulari applicatione, communi hæreticorum more errarent, tamquam veram & solidis argumentis fultam, istorum peccatorum graculorum loquacitati, qui nihil norunt, nisi mentiri, & dissimulare, & stolidissimè suas iniquitates & blasphemias ineptissimas Catholicorum rationibus obuelare, par est antepone.

Luthoranos quoque veteres etsi in alijs plerumque à Calvinistarum grege toto celo separatos in his tamen idem cum Calvinistis sensisse, certissimè Sleid. li. 8. Nam Sleidanus ipse testatur & Lutherum sic locutus esse, & protestantes Germaniæ Lutherij oraculo

confirmatos hoc solenne decretum fecisse: *Quia ca-*
sa religioni (Lutherana) exitium molitur & libertati, cau-
sam praebet cur ipsum oppugnemus bona conscientia. Cum
enim in eum casum res deuenit, licet resistere, sicut & sacris
& profanis historijs doceri potest. Postea quando reli-
qua Germania tota pacata, soli Magdeburgenses
in rebellionem persistenter, & ad eos domandos ex
communi Germaniae concilio exercitum Impera-
tor mitteret, & Magdeburgensium militum permulti
in pugna quadam fuissent caesi: Ministri statim emissio
libello, eos omnes in sanctorum numerum retulerunt
ut qui occubuerunt honeste & pie pro gloria nominis diui-
ni proq; salute patriae etc. Euangelicorum quoque in
Anglia & Scotia, eadem fuit & est praxis, fides, scri-
ptio & praedicatione, ut alias a Catholicis Anglis fuisse
demonstratum est: idque hodierna Zelandorum &
Hollandorum rebellium ab Anglis suscepta defen-
sio, & multos iam annos continuata, perspicue de-
clarat: quorum idcirco testimonijs recensendis
quae aliunde peti possunt, lectori nolo esse mole-
stus.

Ibid. li. 17.

Ibid. li. 22.

Vide resp. ad Iustitia Britan. pa. 99. 100. 101.

15 Quod si ab istis cuiusque generis Hugonotis & Gallograecis ad veros omnium aetatum Francos ascendamus, ipsum nomen Francorum, & Francorum Imperium, & Imperatores Francorum clarissimi voce admodum canora toti mundo proclamant hanc esse certam Christianam veritatem, qua gloriose illi Francorum principes Martelli, Pipini, & Caroli Magni freti, & regnum Francorum a regibus Francis, & Imperium Graecorum ab Imperatoribus Orientis in suam priuatam familiam orbe Christiano applaudente & congratulante transtulerunt. Neque contra hoc quicquam apud verum Francum valere debet quorundam Germania Lutherana Francico nomini inimicissimorum insana

15.

Debaebat haretic. contra vet. Francoru reges.

Magdeburgens. Cent. 8. c. 1. pa. 3. & 497. & 855.

Sf 5 male-

Iud. pa. maledicentia, qui excellentes illos reges perim
751. pradones, characteribus Antichristi insignitos, mem
Sleid. de 4. Babilonica cultores, ore spurco & impuro latro
summi Im hancque diuinitus ad repellendos Turcas & he
perijli. 2. ticos factam Imperij Occidentalis in Carolo
 gno erectionem, Antichristi opus vocant, quom
 men alius ipsorum frater valde probat & probat
 Istorum enim amentia & furor, quorum religio
 nil est aliud, quàm periuriorum, rebellionum, mo
 dicentia, & nequitia multiplicis aperta quæ
 professio: qui pro suis singulatim & regionatim
 resibus, Anabaptismo, Lutheranism, Zuingli
 mo, Calvinismo contra iustissimos & moderat
 simos nostræ ætatis principes periurè rebellant
 Germania, Sabaudia, Gallia, Fræcia, Scotia: quom
 dò Catholica religio exterminetur/susq. degra
 bent quæcunq. perfidia siue Calviniana, siue Im
 taria, siue Saracenicæ, siue Mahometanæ Europam
 occupet: qui nullâ fidē certam, nullū Christū, nisi
 Deum habent præter Bacchum & Venerem; hinc
 insanis & furiosis clamoribus cur sanus & Chri
 stianus quispiam magis quàm canis iarratu com
 ueatur? Nam si serio damnant Pipinos, & Carolo
 & Gregorios, & Stephanos; damnent necesse est
 prophetas Dei, damnent martyres Christi, dan
 nent optimos laudatissimosque in veteri nouoq.
 Testamento Hebræos & Christianos, damnent nec
 cesse est ipsum Deum & Christum, quorum illi in
 veteri, hic in nouo Testamento hoc ius & auctori
 tatem posuit euidentissimè: damnent (inquam) popu
 lum est totam & Hebræorū & Christianorum Ecclesiam
 omnes reges & sacerdotes & populos, in quæ
 Europæ Asiæque prouincia, vt ipsi cum suis execra
 bilibus & detestâdis Leidanis, Aurangiis, Coligis,
 Wiatis, Iacobis Bastardis, Grumpachiis, Gentis,
 Hugo

Hugonotis, & reliqua perditissimorum balatronū
 fece, veri reges, fidelesque, Calvinianæ Euan-
 gelici (hoc est Mahometani & Athei) habeantur.

Cæterum istarum bestiarum maledico dente la-
 cessiti, magis expergesiant Christiani, & inprimis
 Franci vt maiorum suorum honorem tueantur, vt
 regum, & reipub. suæ antiquissimum splendorem
 contra tales calumniatores vindicent. Recordentur
 quemadmodum Clodouæus Magnus regnum suū
 contra Arianos sit auspiciatus; vt reliqui amplissi-
 mi reges Ecclesia defendēda & extirpandis hæresib.
 illud maximè propugnauerint; vt maiores eorum,
 annos amplius mille, idem regnum, eadem cum re-
 ligione, & per eam Religionem, magnum & illu-
 stre eis tradiderint: quod vt eadem fide imbutum
 & ab hæresibus purgatum quemadmodum accepe-
 runt à patribus, ita quoque relinquunt filiis, Eccle-
 sia Christiana & Deus ipse ab eis postulat. Quod ni
 præstent, eorum peccatum tanto est apud Deum a-
 trocius, maioribusque & in hac vita, & in altera
 suppliciiis vlciscendū, quanto ipsi minorem habent
 hostem sibi aduersarium: quanto ipsi sunt potentio-
 res, & ampliora habent patriæ suæ ab his pestibus
 liberandæ adiumenta. Non enim res illis futura est
 cum Antiocho magno Asiæ Syriæque & Palæstinæ
 monarcha, non cum Anastasio totius Orientis Im-
 peratore, non cum Henrico, aut Fridurico belli-
 colis Germaniæ regibus, quorū ille collatis cū ho-
 ste signis sexages & bis pugnauit, præcipuos Ro-
 manorum duces *M. Marcellum & Casarem Dictatorem*
supergressus: hic fuit potentissimus, Imperator Germaniæ,
Italia, Sardinia, Sicilia, Hierusalē et Sueuiæ, quo nullus ma-
gnificentior tenuit imperiū à Carolo magno vsq. ad eū, sed
 cū exiguo & imbecillo Biernæ regulo, qui nō ma-

*Ad proce-
 res Galisæ
 vt nunquā
 cū Naxar.
 pacem in-
 eant.*

*Baptist.
 Fognat.
 Rom. prin-
 cipe li. 3. 1
 Chron. C. 11.
 Zensē Lan-
 gy anno
 1222*

gis

gis fortitudine bellica, quàm ditionum magnitudine ab illis prioribus superatur. Et tamen in ipsis Antiochis, si cum Græcis illis Copronimo Anastasij, vel Latinis, Fridericis, & Henricis suscipi religionis periculū saaderet, si veri Franci & fideles Hæbræi, si Machabæi, si Christiani haberi vellent, in omnē belli aleā, in omnem occasionem prompto animo capita sua immittunt, & bebant. Deinde fac Nauarr. fuisse regem Catholicum, & Catholicè regno gubernando impoliticè communibusque populi votis expetitum, ut tamen ad hæresim laberetur, officium Christianorum procerum est ut eum deserant, eoque à genaculis deiecto Catholicum reipub. regem predeant. Quanto magis tenentur insigni huic detissimo hæretico & hæresiarchæ nondum Gallo regi sed homini priuato aditum & spem omnium igni adeundi præcindere, & quemuis potius infima procerum familia Catholicum, quam quatuor sanguinis nobilitate subnixum hæreticum regno Christiano præficere? Antiqui Francorum principes iidemq. optimi Christiani ferri non potuerunt, ut Arianam partem tenerent Galliarum: eorumq. manu Alaricum regem Arianum interfecit, & transferetis non partem, sed integrum Galliarum regnum Caluinianis qui iidem veri Arianis sunt & Antiquis multo reipub. & Ecclesiæ nocentiores, in prædam & spoliationem dari? Tum amplissima belli causa erat, quod contra immensissimos hostes, non pro conuulsibus aut liberis, aut acquirendis diuitiis, sed pro comparabili s. Trinitatis unitate præliabantur. At isti Caluiniani & vobis priuatim hostes sunt immensissimi, quod experti estis, & non solum vobis, coniugibus & liberis vestris, sed illi etiā ipsi inseparabiliter unitati cum Arianis, & præterea Deitati Christiani

Supra fol.
580.

Ibid. fol.
581.

Omnes in
se bellandi
causa sup-
erant Ca-
tholicu co-
tra Nauarr

forti & passioni, & Catholicae Ecclesiae, & omnibus
 Ecclesiae sacramentis bellum nefarium indicunt, &
 multos iam annos gesserunt. Denique si in vnum
 colligeritis omnes causas & singulas propter quas
 Carolus Martellus contra Saracenos, Pipinus contra
 Logobardos, Carolus Magnus contra eosdem, & rursus
 contra Saracenos, Machabei contra Antiochum, Graeci
 contra Anastasium & Basiliscum, alij vel reges vel subditi
 contra reges haereticos dimicauerunt, eas oes plene &
 tamulate, & cum magna etiam redudantia in hoc
 vestro contra Navarraum & eius Hugonotas bello
 reperietis. Pace ergo, si quam cum istis & eorum
 duce feceritis, nulla potest esse turpior, nulla magis
 infamis & dedecorosa. Bellum autem ut eis infera-
 tur & ipsa fides Christiana urget, & officium quod
 Deo, & Ecclesiae, & regno Francorum haecenus
 Christianissimo debetis, flagitat: eoque bello nul-
 lum potest esse iustius, nullum sacratius, nullum e-
 xemplis prophetarum, & pontificum, & Episcopo-
 rum, & principum, & procerum, in veteri nouoque
 Testamento, nullum ipsius Dei iussu & praescriptio-
 ne & per se, & per sacerdotes suos, omnibus saeculis
 commendatius.

Navarraum esse haereticum relapsum, cui
 milies interposito iuramento Catholicis ali-
 quid promittenti non est cre-
 dendum.

CAPVT X.

1. Caluimiani scriptores quare negant regem Navarraum esse haereticum relapsum, quia nimirum non voluntate sua sed timore adductus Catholicam fidem Parisijs an. 1572. abiurato Caluimino professus est.
2. Refutatur iste eorum error scripturis & doctrina primi...